

2206 Insuper gratis dato, quod delectatio sensibilibus non sit intrinsece venerea, & libidinosa, negari in praxi non potest, quin talis sit extrinsece ratione periculi proximi; nam in praxi regulariter & ordinare est cum commotione spirituum partium pudendam, & inde cum delectatione sensuali conjuncta.

2207 Unde Plutarchus de amor. inquit: Formosus intus invidiosissimus esse; tangere autem non sine periculo licere. Clymacus gradus 15. Ex solo tactu corpus coquinatur, nihil quippe sensu isto gravius, nihil periculosius; & S. Bahus lib. de vng. Sicut tacto igne, subite bulla, & altera nascuntur, sic bulla in corde, & inflammationes & contactu generantur. Idem ibid. Formosarum oscula carere oportet, non fecus, quam animalium venenatorum morsus; distendi enim virum ex osculo per omne corpus. Et S. Theodor. Studia mulierum tactus cavendos monens, ait: Attrexavit qui volens mulierem, & incensus libidine, scelus contraxit.

2208 Non dicas. 1. Ocula pressa separari posse à delectatione sensuali, ut in persona maxime frigida, adeoque illa oscula & delectationem sensibilem non esse venerea, & mortalia.

Quia maxime frigidus, quamvis liberetur à commotione intrinseca carnis, non liberatur à commotione intrinseca sensus, & potentia appetitus sensitivi interni, non liberatur, inquam, à bullis in corde, de quibus Basilus.

Et oppositum esse casus metaphysicus, & theoreticus; minime physicus, ac practicus. Quem si tu practice experiaris, gratias Deo agas; sed tua praxis (quam non crede) mihi invidere non doctrina non potest, ut potest singularis, & per accidens: quoniam iudicium esse de regulariter contingentibus formandum.

2209 Non dicas. 2. Te esse eximie timoratum, assiduis macerationibus extenuatum, atque in vita contemplativa perfructum. Quia presumptuosum potius te dicam, & uti talem, te reprehendit Hier. in Reg. Mo. nach. Ne in preterita castitate confidas: Nec Sampsonem fortior, nec David sanctior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod Paradisi colorem de possessione sua mulier egerit. Et Augustin. in lib. de Singularitate Clericorum: Expertus crede, expertus loquor coram Deo, non mentior: Cedrus Libani, Duces gregum sub hac peste cecidisse referi, de quorum casu non magis suspirabat, quam Ambrosii, vel Hieronymi impudica turpitudine.

2210 Dicta sunt vera, etiam si quis in oculis pressis non intendat, imo profectetur se nolle copulam, nec ulteriorem consensum,

imo nec habere pro fine delectationem sensibilem; quia talis profectatio est contraria factio; nam delectatio sensibilibus est naturaliter inseparabilis ab osculo presso, & naturalis via ac medium ad commotionem spirituum, & delectationem sensualem, ut constat ex 2207.

2211 Qua ratione ex communi doctrina, in pollutione, vel copula, non sunt necessarii exprimenda oscula, & tactus precedentia: quia ex natura sua ordinatur tanquam via & media ad illam. Ex jure autem, profectatio contraria factio nihil operatur; unde talis profectatio, & exclusio finis, est prætextus, & color ad occultandum sub larva sanctitatis peccatum, & simplices decipiendum.

2212 Et eadem ratione, nemo dicit, non esse denunciandum confessorium mulierem in confessione deosculantem, quamvis dicat id egisse absque malo fine; nonnisi quia habuit inhonesta, quatenus osculum inter personas solutas diverti sexus est malum, & inhonestum.

2213 Ex his colliges, osculum pressum, de quo in n.2203, non esse indifferens, sed indifferens esse osculum in genere, & in communi ad superficiale, & pressum.

2214 Osculum nanque superficiale, & instantaneum, potest esse licitum, ut modo constabit, & solum erit malum extrinsece ob intentionem operantis, si fiat non ex fine honesto, sed vel ob delectationem sensualem, aut sensibilem; vel ratione periculi delectationis sensuali, & consensu venerei, quos sine peccato experitur.

2215 Oppones. 1. Paritatem de aliis sensibus, qui licite delectationem percipiunt ex propriis objectis, que attingunt, ut auris de sonu, natus de odore.

Respond. disparitatem esse; quia alii sensus ex propriorum objectorum attingentia percipiunt delectationem non prohibitam: oscula vero pressa, & tactus hujusmodi pressi, sunt per se nata causare commotionem spirituum & delectationem sensualem jure divino prohibitam. Unde paritas solum tunc quoad oscula superficiale ex honesta causa (de quibus modo) que quidem sunt licita. Imo si delectatio ex propriis objectis aliorum sensuum sit talis, & talibus admixtula circumstantiis, ut per se, atque intenta qualitate personæ, sit nata causare in ea commotionem eorundem spirituum, & delectationem sensualem venieram, erit pariter peccaminosa, ut in n.2169.

2216 Oppones. 2. Consuetudinem primitivam

væ Ecclesiæ in danda pace ante Communionem, de qua Apoll. ad Rom.16. & alibi: Salutate invicem in osculo sancto.

Resp. Consuetudinem primitivam Ecclesiæ fuisse de osculo in danda pace, sed de osculo modesto, & sancto, quod ore clauso, superficialiter, & instantanee dabatur, in signum internæ charitatis, & pacis; de quo Cyrillus Alexandr. lib. 1. Glaphyt. pag. 169. ait: Osculum est symbolum perspicuum, eminentique nota benevolentia, & charitatis; minime de osculo presso, & moroso, quo voluptas hauritur.

2217 Hinc S. Clemens Alexandr. lib. 3. paedagog. cap.11. inquit: Ore modesto, & clauso benevolentiam animi ostendamus. Est autem quoties osculum inestum, veneno plenum, sanctitatem simulans. An nescitis, quod etiam phalangia flore tantum tangant, graves dolores hominibus afferunt? 2218 Insuper consuetudo non erat, ut viri mulieres deoscularentur; sed (ait S. Clemens Rom. lib.2. constit. cap.57.) Ut viri viros, & femine feminam, cum ad Eucharistiam accederent, osculenter. Imo mulieres non agebant in Ecclesiis promiscue cum viris, sed separatim. Quia tamen, hac non obstante cautela, hominum malitia, fraudem aliquando contingere compertum est, osculum oris mutatum est in osculum sacræ tabellæ. Ita Eminentiss. Baronius ad annum 45. v. num. 2211.

2219 Oppones. 3. praxim osculorum ex consuetudine patriæ, que viget in Gallis.

Resp. Praxim allatam solum posse habere vim in locis, ubi talis adeest consuetudo, minime in aliis regionibus, ut in nostris. 2220 Insuper in locis illis consuetudo est de oculis modestis, ore clauso, superficialibus, & instantaneis, ex honesta causa, ex causa, inquam, urbanitatis, ac in signum patri affectus, & amicitie: Amicitia enim à Phil. 8. Eth. describitur. Mutua, & mansuetæ inter aliquos benevolentia, honestatis causa. Er ideo sunt licita.

2221 Non est autem ibi consuetudo de oculis pressis, morosis, & studiosis voluptatis causa, aut in quibus voluptas capitur. Ne quo fit, ut in Gallis, si quis det mulieri osculum pressum, & studiosum, homicidia sequantur, & ira: Quis est (ait August. in Psalm. 30.) qui non trahatur, videns fratres insipientes fratribus, fidem non servantes osculo, quod infigunt sacramenti Dei? Er in lib. de amicitia, cap.6. tom.4. Ipsam osculum tanta turpitudine faciunt, ut si osculari nihil aliud sit quam adulterari.

DE OSCULIS, AMPLEXIBUS,

Tactibus, verbis turpibus, & similibus extra Matrimonium.

2222 Pater Busembaum tr.4.c.2. dub.1. hac habet:

Oscula, amplexus, compressiones manuum, & similia non obsecra, si sunt tantum officii, aut moris patrii, aut amoris boni, vel benevolentie augende causa, & moroso, quo voluptas hauritur (modo in eam non consentiatur) non sunt peccata. Less. Filliuc. l.c.n.171. Si vero ista sunt ex aliqua veniali vanitate, & iocis, curiositate, levitate, petulantia, (dammodo non cum delectatione venerea, nec ejus causa: & si preter intentionem suboriantur, ea repulsa, ac tunc abstinendo ab illis) veniale culpam non excedunt. Vide Fill. hic, Lessium, Sanchez. l.cit. Diana p.4. tr.4. r.139. Contrarium tamen est tutius. Vide Trull. l.6. c.11.n.8.

2223 Aspectus vero, & subinde etiam (varius tamen propter periculum adjectivum) tactus, ex petulantia, vel curiositate, partium inbestiarum alterius corporis, ejusdem tamen sexus, citra affectum, & periculum consensu venerei, excusari posse à levitate, v.g. quando simul aliqui natant à levitate; ut docet Laym. l.4. sect.4. ex Sanchez. l.5. mor. c.6. num.12. 13. & num.27. 28. Trull. d.12. n.15.

Verba turpia, lectio obscenorum, spectatio comidianorum turpium, cautiones inhonestæ gestus, litteræ, & dona amatoria, si tantum habent ex curiositate, vel vano solatio, non sunt mortalia; secus tamen, si sunt, vel animo inhonesto, sive venereo, vel cum periculo vitæ spirituali sui, vel alicujus. Sanchez. d.46. q.3. Filliuc. tom.3. c.10. q.3.

2224 Joannes la Cruz in 6. præc. art. 1. concl. 1. de oculis, & tactibus, ait: Ex se ista non sunt peccata, cum licite sunt sine libidine ex more patrii, aut ab aliam necessitatem, est in eis excitetur aliqua sensuali delectatio, dum non acceptetur, sed permittitur, nec ad sit periculum consentiendi in eam. Ita Victor. & communitur, cum D. Th. art. 5. Quia dicta causa essent licita, & alias talis delectatio non acceptata evenit preter intentionem. Sicut nec tenentur viri spiritualibus abstinere se à colloquio spiritualibus cum feminis honestis, est patitur aliquas visitationes involuntarias. Ita Mend. in tom.5. r.8.

2225 Verticilli tr.4. r.20. num.28. Dico sexto, tangens, aut osculans ex honesta amicitia, aut ex more patrii mulierem, vel vice-

nam, si sensibilibus delectetur, eam tamen delectationem non intendat aequè principaliter, tunc ea delectatio non est venerea, imò nullatenus peccat, vel saltem venialiter tantum, Silvell. ver. delectatio, num. 7. Rosella ver. Cogitatio morosa num. 4. Lelsius lib. 4. cap. 3. num. 56. Comitolus lib. 5. quest. 20. num. 4. Rebelius p. 2. lib. 3. qu. 19. sect. 3. vesp. Similiter, Fillic. tract. 30. num. 178. Salas 2. 2. quest. 74. tract. 13. disp. 6. sect. 20. num. 121. Qui docent excusari à mortalibus, quamvis sentiantur turpi pendendum commotio, dummodo deliberate in eam non consentiant.

2216 Omnino tamen quoad oscula, amplexus, & cælus, & similia extra matrimonium servanda, & tenenda volo dicta à num. 2195. ad 2221.

QUERES I.

2227 Quid dicendum de sponsis de futuro?

Dico 1. oscula, & amplexus superficialia, facta urbanitatis causa, seu in signum benevolentiae, & sinceri affectus, sunt licita inter sponso de futuro, Maffrius disp. 11. qu. 9. art. 3. à non. 139. ad 147. Cardenas in vñst. heol. tr. 5. de castitate c. 16. num. 205. pag. 576. Gobat tom. 1. tr. 10. num. 671. Alloza ver. Luxuria num. 5.

Ratio est, quia talia oscula non sunt mala ex objecto, nempe ex genere suo, & in ratione officii; alias inter parentes, & filios, & inter alios more patriæ essent mala: v. n. 2213.

Non ex fine; quia finis est honestus, nempe sincerus amor, & urbanitas, quae sunt virtutes morales, minime voluptas captanda: v. n. 2220.

Non ratione periculi proximi; quia hoc solum habetur in oculis pressis, ex quibus regulariter oritur commotio spirituum carnalium, & delectatio venerea: & complacentia, quae ex recentis pudicis oculis ex honesto motivo factis oritur, non est complacentia carnalis, sed spiritualis, & moralis, ita ut (ut advertit Maffrius) Potius sit voluptas, & gaudium mentis, quam affectio sensibus appetitur.

2228 Et in praxi oscula, & amplexus facta in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa, regulariter separata experimur à commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea; id, inquam, frequenter experimur. 1. In oculis more patriæ, aut à parentibus factis. 2. Inter conjugatos ipsos, quando unus debet ab alio excusare, aut ad alterum regre-

ditur; imò etiam dum simul cohabitant, saepe alter alterum deosculatur absque ulla commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea, in solum signum sincerae benevolentiae, aut in solamen ex conjunctione, & propinquitate inter ipsos orta, utpote factos unam carnem; quæ propinquitas est tanta, ut ex Genesis 1. vir relinquat patrem suum & matrem suam, & adhaereat uxori suæ.

2229 Sic ab oculis inter sponso in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa factis, facillime separari potest omnis commotio carnalis, & delectatio venerea: per hoc enim quod sponso consideret proximum propinquitatem, & proxime se futurum unam carnem cum sponso, facilius potest oculis utri ex solo præfato sine honesto, eo maxime, quia licet copula inter ipsos futura sit venus, propinquitas, quæ ex illa oritur, est honesta, & naturalis.

Quod si aliquis sponso sit ita fragilis, ut in hujusmodi oculis ex fine honesto factis experiat, se saepe cadere in delectationem carnalem, & veneream, hic utique se abstinere debet ab illis; quia in eo ratione sine particulari conditione est periculum proximum; sed hic casus est per accidens, ac proinde resolutioni non officit; nec pro sponso ita fragilis sunt damnandi de peccato timorati, qui tale periculum in oculis non experiantur, & lineam sinceri affectus, atque honesti motus minime transcendunt.

2230 Dico 2. oscula, & amplexus libinosi, seu ob delectationem veneream inter sponso de futuro, sunt mortalia, Verricelli tr. 4. qu. 23. Fernandez, Angles, Rebelius, & alii plures apud ipsos.

2231 Contra Cajet. & alios, qui volunt esse venialia. Ita etiam Joan. la Cruz in 6. præf. art. 1. n. 4. his verbis, Imò & oscula & amplexus libidinosi sine periculo pollutionis sunt licita sponso de futuro, eo quod sponso habeat quendam jus, licet inchoatum, & imperfectum ad corpus sponso, quod ad ista licentiam præbet. Et ista sunt veluti principium promissarum nuptiarum. Ita communiter, & maxime Cajet. 2. 2. q. 154. art. 4. Mend. Nav. c. 14. n. 18. & c. 16. n. 12. Ledelm. c. 2. de matrim.

2232 Ratio firma nostræ sententiæ fundatur primo in regula generali, qua quævis delectatio venerea voluntaria excludit à Regno Dei, teste Apost. ad Eph. 5. Omnis fornicator, aut immundus, non habet hereditatem in Regno Christi, & Dei. Ubi Lyranus: Omnem immunditiam Apostolus damnat, ut includeret omnia ad vitium luxurie pertinencia. Ita Verricelli.

2233 Status sponsalium, seu inchoatio matrimonii per sponsalia de futuro, nec eximit à dicta regula; quia adhuc sunt vere soluti.

2234 Nec dat jus inchoatum ad corpus sponso, ut constat generaliter in contractibus: inchoatio namque contractus nullum jus dat ad usum rei, nisi quousque fuerit perfectus; tunc quidem solum transferuntur dominium rei, & qui non jam est dominus rei, non potest ea imperfecite uti, cum adhuc sit aliena, licet sibi promissa. Ita Verricelli, ex Rebelio.

2235 Insuper (ut bene arguit Verricelli) si inchoatio matrimonii cohonestaret oscula venerea sponso, cohonestaret etiam tactus venereos pudendorum, & delectationem de futura copula inter ipsos; quod communiter negatur; quia tactus impudici sunt inchoatio copulæ, & quia delectatio futuræ copulæ commovet spiritus generationi interverientes, & inde est quædam copulæ inchoatio; quod etiam verificatur de oculis venereis, quia etiam ex illis copula inchoatur, & etiam illa per se commovet spiritus generationi interverientes.

2236 Secundo fundatur in alia regula: Cui non est licitus finis, non sunt licita media. Cum igitur præmissa oscula & amplexus sint per se media ad culpam, quæ non est licita, sed mortalis sponso; ita nec illa erunt licita, sed mortalia eisdem: v. n. 2210. & 2178.

2237 Dico 3. Oscula, & amplexus ob delectationem naturalem, & sensibilem, quæ ex ipso osculo oritur, & generaliter oscula, & amplexus pressa, sunt mortalia sponso de futuro, Rodriguez in sum. tom. 3. cap. 102. num. 1. & Fernandez par. 4. cap. 2. §. 4. & p. 3. c. 21. §. 1. n. 11. contra Tamb. tom. 1. lib. 7. cap. 3. §. 5. n. 61. Diana p. 2. tr. 17. ref. 6. cum Fagundez, Sanchez, & aliis, qui putaverunt nullum esse peccatum.

Rationes sunt eadem de num. 2203. ad 2214. à n. 2230. Qui enim ponit causam per se effectum venerei cum prævisione illius, virtualiter effectum venereum procurare dicitur, licet expresse eum non intendere affectet. Et actum venereum nullum dare jus statui sponsalium, probatur etiam à n. 2233.

2238 Dico 4. Dormitio sponso de futuro in eodem lecto, imò & eorum cohabitatio, & pernoctatio, est mortalis ratione periculi proximi. Sequitur ex dictis. Hinc S. Cyprianus epil. 61. ad Pomponium ait: Certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & concubentium duorum turpis, & fæda dormitio, quantum delectoris, & criminis consistunt?

Et in Diacei Neapolitana referatur contra peritentes permittentes, his verbis: Sponso, &

sponse post contracta sponsalia, & ante matrimonium legitime celebratum, carnalem inter se copulam habentes. Nec non parentes, consanguinei, aut affines omnes, ac singuli eandem carnalem copulam, vel sponso cohabitacionem, & pernoctacionem permittentes.

QUERES II.

2239 Quid dicendum de conjugibus?

Resp oscula, & amplexus pressa, & venerea, atque tactus impudicos intra conjugatos, extra actum conjugii, non esse mortalia, si non sit periculum pollutionis. Est communis. Idque ratione status conjugii, qui datus ad finem, nempe copulam. Ille tamen venialia, in quantum sunt ob solam delectationem exercita. Ob rationem à n. 2280.

QUERES III.

2240 An in delectatione venerea deliberata de turpitate materia?

Respondeo non dari, Castrop. tom. 1. tr. 2. disp. 2. puncto n. 4. Dian. p. 5. tr. 5. ref. 5. & Doctores communiter, qui oppositam sententiam improbabilem vocare solent. Et quidem eam damnavit Clemens VIII. in Officio S. Inquisit. ut referunt cit. Auctores.

2241 Firma ratio intrinseca est, quam adducit & refert Verric. tr. 4. qu. 16. n. 11. ut sequitur.

Hanc delectationem veneream, quantum vis levem, esse inchoatum pollutionem, ostendit ex Galeno lib. 13. de usu partium c. 9. & 10. dicente, delectationem veneream fieri ex motu humoris serosi, qui est substantia, & materia seminis, cum per venas, & arterias spermaticas, per modum hedæe protensa, & venis, ad vasa pudenda descendere incipit, & per commotionem spirituum generitorum incalescit sanguinem per causam efficiens infra mentariam. Sed hoc totum spectat ad inchoationem pollutionis, & ad molliem à Regno Dei excludentem. 1. Corinth. 6. quæse (ut recte arguit Rebelius) ea venerea delectatio suapte natura, & ex fine operi ordinatur ad pollutionem, imò est inchoata pollutio: totus autem motus pollutionis secundum ungulas sui partes est mortalis; nulla enim inchoatio actus mortiferi, etiam in aliis rebus, venialis est, sed mortifera, cuiusmodi est inchoatio occisionis, rapinae, furti notabilis, &c.

2242 Et deinde concludit, oppositam sententiam esse improbabilem, falsam, erroneam, temerariam, periculiosam, ac scandalosam.

QUI.

QUÆRES IV.

2243 An prævus adveniens in se cogitationes, & motus prævus cum delectatione sensuali, illis nec consentiat, nec postea resistat, sed negativæ, & permissove se habeat, peccet, & quomodo.

In hac re, & materia, perdifficili quidem, & adelicata, tres sunt sententiæ.

2244 Prima affirmat, cum peccare mortaliter, quamvis certo credat se non consenturum. S. Antonius 1. 2. tit. 5. §. in fine, Bonnac. de matr. qu. 4. punct. 7. Ricardus, & Valentia, & alii apud Veric. tr. 4. q. 17. n. 1. Cujus rationes sunt. 1. Quia si non teneretur sub mortali tales motus reprimere, posset sine mortali in magna delectatione venere pefervere. 2. Quia tales motus ex natura sua ad pollutionem disponunt. 3. Quia qui tales motus permittit, illos interpretative vult; unde sicut qui illos intendit, mortaliter peccat, ex num. 2198. ita qui illos interpretative vult.

2245 Secunda sententia docet, non peccare mortaliter, sed venialiter, nisi adit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis. Cajet. in sum. ver. delectatio, vers. Magna tamen. Diana p. 2. tr. 17. ref. 33. Medina, Corduba, & alii apud Vericell. cit. num. 3. Sanchez. sum. lib. 1. cap. 2. num. 13. hanc vocat communem, & D. Bonav. in 2. distict. 24. part. 2. art. 2. quest. 2. num. 75. quamvis primam sententiam teneat, hanc probabilem vocat.

2246 Hinc sententiæ adhaeret Tamb. tom. 1. lib. 10. cap. 2. ut loquitur.

De hac re non ego loquar, sed Castropalauus tom. 1. tr. 2. disp. 2. par. 10. §. 1. n. 3. (legatur Joannes Sanchez, qui fuisse idem probat distict. 21.) qui sic habet: *Esti sententia affirmans esse peccatum, quando voluntas non reprimat, neque coercet, cum possit, valde probabilis sit: tamen probabilior videtur non peccare mortaliter voluntatem, que non reprimat hos turpes motus, sed mere negativæ se circa illos habet, dummodo abesse periculum pollutionis, aut ultioris gravitatis consensus. Tenent hanc sententiam Castropalauus, Navarrus, Toletus, Philariacus, & alii plures, quos refert Salas, & licet ipsi voluntatem suam motum declarare, satis infirmam esse pro hac sententia, ut legenti patebit.*

Probabilissimam esse affirmans Thom. Sanchez, qui hanc reputat probabiliorum in rigoris re metaphisico, præfate tamen aliam dicit esse veram. Præcipua ratio, que in movet, est, quia hujusmodi motus à natura proveniunt, ita ut omnes coercere sit impossibile, aliquos diffi-

cilissimum. Non est igitur credendum de divinis bonitate, salutem eternam hominum his periculis expugnasse: esset enim salus æterna cujuslibet homini non levi periculo exposta, si cum illi nata a sit in malum proclivis, arctius sit, non solum non admittere hos motus, sed etiam illos reprimere, cum possit: obligaretur sane media, opponere non difficilia ad reprimendum. Ergo si videat hos motus conjungere, eo quod in loco tali, vel tali modo decumbit, tenentibus à tali cubitu abstinere, imo surgere, & se aliquatim revertere: quod certe est divissimum, & pauci admittunt. Deinde peccabit mortaliter, si non evitet causas, ex quibus cognoscitur hujusmodi motus prævus insurgere; nam si postquam excitati sunt, tenent illos reprimere, à fortiori tenentur exprimere, ne excitentur: tenentur etiam sub mortali faminam non alloqui, nec videre, aliæque similia omittere, que in omnium sententia vel bona sunt, vel solum venialia. Denique argumenta contrariæ sententiæ non argent, &c.

Hac Castropalauus, qui respondet ad quintam, quæ si libet, lege. Illud fatetur cum communi, esse veniale (lege Joannem Sanchez, loc. cit. qui num. 3. nec esse veniale contendit) si, cum possit, non reprimas, neque excitationem habes, cur non reprimas? quia negari non potest, illos motus esse deordinatos, & ad copulam inlicitam. Excusatio autem sufficiens esset eo, quæ est necessaria, vel utilis tibi, vel alicui; ut audire Confessiones, legere, studere, &c.

2247 Ita ex Castropal. tom. 1. tr. 2. disp. 2. punct. 12. qui sic habet:

Notandum item est, si ob causam necessariam vel utilem tibi, aut alteri, non reprimis hujusmodi motus, quales sunt, auditio confessiones, legere, studere, locutio urbana cum femina, equitatio, timor incidendi in turpiter delectationes, vel urgentius tenendi, nullum peccatum committis, etiam si adit periculum pollutionis, &c.

2248 Rationem, cur adit peccatum veniale, dat etiam Vericelli cit. n. 15. his verbis: Sentiens turpem motum cum delectatione, quamvis omnino certum sit nullum subesse periculum, neque consensus, neque pollutionis; tamen nisi aliqua causa excusetur (de qua infra) venialiter peccat, eos prævos motus non comprimens: ita omnes contra Jo. Sanchez. disp. 21. num. 3. Ratio est; nam talis motus cum delectatione venerea, est alicui ad consensus, & disponit ad pollutionem, saltem remote; ergo tenetur voluntas ad consensus comprimere: tum quia id ipsum se accusant de negligentia in resistendo; sed si motus esset sine ulla proclivitate delectationis, tunc puncto non latentes de ipso curandum, ut recte docet Jo. Sanchez. ubi supra, num. 18. & infra probabo.

2249 Ipse tamen Doctissimus Vericelli cit. num. 4. ad 21. tenet, hanc secundam sententiam esse probabiliorum absolute loquendo, rarissime vero rutam in praxi, ac proinde,

modo abist periculum consensus, quia tunc patris has delectationes, non agis. Ita Azor. tom. 1. institutionum moralium lib. 4. cap. 5. quest. 5. Salas plures refertens 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 2. num. 31. Sanchez. lib. 1. tr. 1. Decal. cap. 2. n. 12. Valquez disp. 108. cap. 3. in fine, & Coninch. disp. 34. de matrim. dub. 11. n. 111. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 94. & dub. 15. n. 18.

2248 Rationem, cur adit peccatum veniale, dat etiam Vericelli cit. n. 15. his verbis: Sentiens turpem motum cum delectatione, quamvis omnino certum sit nullum subesse periculum, neque consensus, neque pollutionis; tamen nisi aliqua causa excusetur (de qua infra) venialiter peccat, eos prævos motus non comprimens: ita omnes contra Jo. Sanchez. disp. 21. num. 3. Ratio est; nam talis motus cum delectatione venerea, est de se inordinatus, & turpis, & ex natura sua alicui ad consensus, & disponit ad pollutionem, saltem remote; ergo tenetur voluntas ad consensus comprimere: tum quia id ipsum se accusant de negligentia in resistendo; sed si motus esset sine ulla proclivitate delectationis, tunc puncto non latentes de ipso curandum, ut recte docet Jo. Sanchez. ubi supra, num. 18. & infra probabo.

2249 Ipse tamen Doctissimus Vericelli cit. num. 4. ad 21. tenet, hanc secundam sententiam esse probabiliorum absolute loquendo, rarissime vero rutam in praxi, ac proinde,

2250 Quantum ad primam partem, solvit argumenta in oppositum, dicens, tunc non reprimere motus illos turpes, & delectationem veneream non voluntarie procuratam, esse materiam gravem, quando adest periculum proximum consensus, aut pollutionis. Nec ea disponit ad pollutionem, nisi remotè, si non sint voluntarie, & libere procurata. Nec aliquid dicit interpretative, aut virtualiter voluntum, nisi quando quis potest, & tenetur impedire.

2251 Et Castropal. qui absolute absque distinctione de veritate speculativa, & practica, secundam sententiam tenet, tom. 2. tr. 2. disp. 2. punct. 10. §. 5. n. 4. addit: *Admirro gratias, in contrariis idem esse iudicium tacite, & expressi propter præsumptum consensus, ac in peccatis nequamquam; nonquam enim tibi licet altorum peccata velle, licet tamen illa non impedire, & Deus peccata permittere, non tamen illa vult.*

2252 Ibid. addit, mortale esse hos turpes motus velle, aut procurare, quia sic sunt inordinati, & causa pollutionis; minime vero illos

non procuratos, nec volentes permittere. Et voluntatem non esse sub mortali obligatam impedire quamvis pugnam appetitus sensitivi, sed illam, quæ sit talis, ut constituat voluntatem in periculo proximo ad consentiendum.

2253 Quantum ad secundam partem de veritate practica, Vericelli cit. à num. 16. inquit.

Dico septimo, in praxi raro excusatur à peccato mortali, qui venereis delectationibus, ac titillationibus positive non resistit, & comprime negligit, vel saltem formalem diffidentiam de illis non habet. Unde consultissimus, imo fere necessarium est, de his tanquam de dubio peccato se accusare ante lacram damnationem. Ratio est; quia non resistens parvis motibus, & delectationibus, frequenter venere, & formaliter, nedum interpretative consentit, non cognoscit autem se consentisse, se, quia acta reflexo non advertit consensus, unde tunc mortaliter peccat, non ex eo quia non resistit, sed quia vere, & formalissime consentit, unde recte docuerunt gravissimi Doctores, ut Joan. Gersonius, Cancellarius Parisiensis, Gregorius de Valentia, Thomas Sanchez, Sayrus, & Alphonsus Rodriguez, rem esse satis periculofam, neque tutam esse communicare sine confessione: referam in se tanti momenti verba Doctorum.

2254 Alphonsus Rodriguez, exercit. spir. p. 3. tr. 4. c. 4. docet, fæpissime doctissimos viros latere, an subsit peccatum mortale; unde S. Bonaventura, in speculo disciplinæ acriter reprehendit eos, qui ex veterum dia putantes non esse mortale, omittunt hæc confiteri, & sæpe sacrilege communicant.

2255 Denique, tertia sententia tenet, eum non peccare mortaliter, si saltem aliquo diffidentiam habeat, licet omnino delectationem veneream non reprimat, nec ejus causam removet, dummodo certus sit, se non consenturum. Ita plures Doctores à D. Bonav. cit. relati, eique adhaeret Sanchez in sum. 1. c. 2. n. 13.

2256 Hæc sufficientiam ex gravissimis Doctoribus retulisse; nam plurimum meorum Magistrorum exemplo motus, in hac re, malo dicitur manere fons, quam Magistri.

2257 Illud certum est, eum peccare mortaliter, si adit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis, etiam si credat se non consenturum in delectationem veneream, & pollutionem; quia [ut recte ait

Verricelli) eodem præcepto, quo quis tenetur pollutionem vitare, tenetur etiam causas per se influentes in illam auferre, nisi causa aliqua necessaria excuset: ut n. 2189.

2258 Ad dignoscendum, quod urgeat periculum proximum: primum signum est, experientia, qua quis in simili commotione & delectatione postus, expertus est, sæpe sæpius confensus aut pollutionem fecit esse. Secundum: si commotio & delectatio sit gravissima, ac ita vehementer, & naturaliter irritata, ut iudicio prudenti advertat, ei esse proximam pollutionem. Ad hoc juvant etiam diæta de occasione proxima.

2259 In casu igitur periculi proximi, tenetur quis sub mortali positive resistere, & pravos motus reprimere, utendo remediis, de quibus modo: n. 2165.

QUANTUM AD SIGNA
2260 **Q**uoniam præstiti, vel non, ab eo, qui positive non resistit, extra casum periculi proximi.

Sunt à viro prudente (ut doctè innuit Verricelli) consideranda quatuor. 1. Qualitas personæ. An sit timorata, vel laxa conscientium. 2. Qualitas delectationis veneret. An fuerit levis, vel gravis: brevis, vel diuturna. 3. Causa. An rationalis, ut auditio Confessionium, studium &c. Vel irrationalis, ut curiosus aspectus, turpis lectio, aut lecturio, &c. 4. An aliquam eius delectationis displicentiam habuerit, vel nullam.

2261 Si sit persona timorata conscientie, ut potius mallet mori, quam sedari: tunc licet cogitatio, motus pravus, & delectatio sinit levis, probabilè est non fuisse consensum; quia vir timoratus haud ita faciliè in consensum fuit.

2262 Idem dicit. r. Verricelli cit. num. 3. & 5. Si fuit gravis, & diuturna, causam tamen non removet ex rationali motivo, ut studio necessario, auditione Confessionium. Et tunc licet ratione probabiliter, quod non adfuerit consensum, non teneatur confiteri: consultum est, ut confiteatur.

2263 Idem etiam dicit. 2. Si causam non removet licet rationabili motivo, ut esset aspectus curiosus, lectio, &c. ipse tamen displicentiam delectationis habuit: Quia displicentia est quedam resistencia, que quomvis sit inefficax ad tollendam delectationem, efficaciam tamen est ad cobibendam consensum. Ita ille cum Sanchez.

Est solum dubium esse de consensu, & inde, quod tenetur confiteri, si displicentiam non habuit.

Huic autem secundo dicto, nullo pacto

adhæreo; quia aliud est loqui de motu turpi, & delectatione naturaliter orti; aliud de orti ex causa libera, non necessaria, de qua n. 2189, ut est curiosus aspectus, lectio non necessaria, &c. tunc quidem, gravi motu turpi, & delectatione urgente, tenetur quis causam remove, quia cum nulla subit ratio, quæ cohæret non remotionem causæ, reuertunt dicta superius 2250. de delectatione libera, & procurata.

2264 Denique addit Verricelli cit. Sic si diu resististi, frustra tamen, quia ad hoc davant, experientia tamen didicisti eos pravos motus à seipso cessare; neque venialiter peccas; si non curas. Ita S. Th. 2. 2. q. 35. ar. 1. ad 4. & in prima ad Corinthios, c. 6. q. 6. Curial. 1. 2. q. 74. ar. 8. dub. 2. §. 2. ibid. Petantius ar. 10. dist. 5. Azorius rom. 1. lib. 4. c. 6. q. 5. Joan. Sancho in selectis disp. 21. n. 11.

Qui etiam scrupulosus est, & scrupulosi cruciatum cum vestire nititur, & causam amovere; si resistere non curat, excusandus est, & probabilè est non consensisse. Ratio est; quia iustissima causa non resistendi, aut causam delectationem non amovendi, est evitare scrupulorum cruciatum. Alia vide infra de requisitis ad peccatum mortale.

DE ARMIS AD PUGNANDUM contra tentationes carnis, & pravos motus.

2265 **P**rimo, est fuga occasionis initio pugnae, teste Aug. serm. 250. de Temp. Approbende fugam, si vis obtinere victoriam: nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Et Hier. Epist. 22. Dum parvus est hostis, interfice.

2266 Secundo, est fuga otii; otium namque est omnium libidinum seminarium. Hinc Ezech. cap. 16. dicitur: Impietas Sodomæ, superbia, jactantia panis, abundantia, & otium.

Adeoque tunc quis animum alio divertat, aut se occupet in lectione liberorum, vel operationibus, & exercitiis manualibus, &c.

2267 Tertio, est imploratio Auxilii Divini, & Intercessionis Sanctorum: scriptum namque est Sapientia cap. 8. Cognovi, quod non possum esse continens, nisi Deus det: idcirco adii Dominum, & deprecatus sum illum.

Imploret igitur divinum auxilium, se signet signo Crucis, Orationes jaculatorias ad Deum dirigat: Confuge timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Ne percutias me Domine à te separati.

Ad Christum Crucifixum mentis oculos convertat: Tu Domine Deus meus, & Jesu dul-

dulcissimo, pones in patibulo, & ego voluptati operam dabo! Moriar, moriar, prorsquam te Redemptorem meum offensam.

Ad Virginem contugiat, dicendo: Sub tuum presidium. &c. Virgo singularis, inter omnes mitis non calpis soluta, mites fac, & castus. Tertio signo Crucis in fronte, ore, & corde de signans, dicat: Per sanctam Virginitatem tuam & immaculatam Conceptionem tuam, Purifica me Virgo, munda cor, & carnem meam.

Ad Angelum Custodem: Angele Dei, qui custos es mei, &c.

Ad Sanctos, maxime ad D. Hieronymum, oratione, qua ipse utebatur: Timi incidere in opprobrium, si à carne superatus fuero; oro ergo Domine, ut hoc opprobrium à me auferas, & si me à carne tentari permiseris, non me permittas succumbere.

Quarto, est consideratio quatuor Novissimorum: Momentaneum, quod delectat, æternum quod cruciat. Sint tibi in mente hæc tria verba, (qua tradit Verricelli;) Nunc, Stratum, Nuncquam in infernum: Nuncquam inde exire.

Quinto denique juvant moderata jejunia, mortificationes externæ, & disciplinae.

DELECTATIO MOROSA

2268 **E**t delectatio deliberata de actu turpi, que præcise consummatur interius, vel est consensus voluntatis in motu illicito appetitus sensitivi. Unde dicitur morosa, non à temporis mora; quia cum consistat in actu interno, potest consummari in instanti; sed ex mora rationis, & advertentia sufficientis, ut sit peccatum; adeoque si per longum tempus detineatur in delectatione actus pravi, v. g. copulæ, quam cogitas, sed non plene adverteas ad malitiam gravem ipsius delectationis, nec plene conscientias in ea detineri, non erit delectatio morosa, nec peccatum mortale. Omnino, v. dicta à n. 2260.

2269 A desiderio differt; quia desiderium aut consensum in copulam illicitam, v. g. est actus voluntatis efficacis, qui consummari intenditur in ipso opere externo fornicationis; delectatio vero morosa de eadem copula, quam mente quis cogitat, consistit solum, & consummatur interius, & non transit ad volendum exequi id, de quo quis delectatur.

2270 Difficultas est, an in delectatione morosa explicari debeat in confessione persona circa quam delectatio versata est, nempe, quod sit conjugata, conjuncta, Deo sacra? Affirmat magis communis opinio; quia delectatio morosa habet ex natura sua causalitatem in

actum externum, ac proinde contrahit speciem malitiæ actus externi: v. gr. adultèrii, incestus, aut hæcilegi.

2271 Ita Cajet. 2. 2. q. 154. ar. 4. Rodr. in sum. tom. 3. c. 101. nu. 3. Bonac. de matr. qu. 4. punct. 8. n. 18.

2272 Probabile autem est, non esse explicandam circumstantiam personæ, sed sufficere, si dicatur: Delectatus sum toties de copula illicita illam cogitando, non desiderando. Ita Verricelli q. 5. Castrop. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. Diana par. 1. rr. 7. ref. 48. Valques, Reginal. Tannerus, & alii apud Verricelli cit. qui hanc opinionem probabiliorum vocant, dicentes, præter malitiam contra castitatem, non habere aliam malitiam (speciem cum iplo opere.

Ratio est (doctè ait Verricelli) quia obiectum delectationis morosæ non est opus externum, ut ponendum à parte rei cum proximi injuria; sed est ipse cogitatio operis, seu opus quatenus cogitatur delectat: ergo cum cogitatio ipsa non sit injuriosa conjugati, verbi gratia, aut sanguinem, &c. non habet ea delectatio malitiam adultèrii, aut incestus, &c.

2273 Tum quia in tantum id debet explicari in desiderio, & gaudio copulæ illicitæ; quia desiderium est voluntas efficacis actus externi venerei, qui desideratur, & gaudium est voluntas efficacis approbativa actus externi venerei patrati, ac proinde specificatur ab actu externo; delectatio vero morosa est voluntas inefficax, quæ sinit, & consummatur in sola interiori delectatione, sine ordine ad actum externum, ac proinde non est de se ejus causa.

2274 Confirmatur; quia delectatio morosa solum tendit in actum venereum mente conceptum, minime in circumstantiam personæ conjugatæ, &c. adeoque solum contra castitatem opponitur, & sola castitas per eam violatur, minime jus conjugatæ, conjunctæ, aut sacre; & consequenter delectatio morosa non variatur specie ex variatione personarum, nisi tendat in personam, seu opus externum, ut subest formaliter illi circumstantiæ, pura si quis delectetur de copula, ut est copula conjugata, sacra, &c. v. n. 2286.

2275 Idem est dicendum de aspectibus, quorum delectatio venerea sinit desideranda mulieres, quæ affectu venereo aspiciuntur. In tactibus vero impudicis, & osculis, explicanda est circumstantia personæ tactæ; quia sunt actus externi, adeoque per eos non sinitur in sola delectatione interna.

2276 Delectatio vero de copula sodomitica, contrahit speciem malitiæ sodomiticae.

confessione explicandam; quia est de copula in naturalibus, quæ est extra genus copulæ naturalis.

2277 Ligatus voto castitatis, si morose delectetur, debet circumstantiam suæ personæ explicare, quia peccat contra votum; ut in *nr. 185*. De conjugato affirmat Vasquez; quia in matrimonio præstat fides conjugii non collocandi corpus, nec mentem in aliena. Negat Calltrop. *tom. 1. tr. 2. disp. 2. pænc. 1. co. §. 5. m. 4.* Diana *p. 5. tr. 13. ref. 99.* Gaspar Hurtadus, & Verricelli *tr. 4. q. 5. m. 5.* quia quod in matrimonio præstat fides de non collocanda mente in aliena, etiam sine desiderio procedendi ad externa, non probatur. Ita ille.

DELECTATIO COPULÆ CUI LICITA?

2278 **P**endet ex hoc principio: cui est prohibita, sunt prohibita media, seu: cui non est licita operatio, non est licita voluptas inde derivata: & de contra: cui non est prohibita finis, non sunt prohibita media, &c. hoc præmissis.

2279 Conjugati morose delectantes de copula præterita, vel de copula cogitata ut præsentis, in absentia alterius conjugis, absque periculo pollutionis, non peccant mortaliter, sed venialiter; quia in statu conjugii non est prohibita copula, ita nec ejus delectatio.

2280 Peccant autem venialiter exercitium, est peccatum veniale; nam opus conjugii est à natura institutum ad duos fines, ad procreandam prolem pro conservanda specie, qui est finis principalis, & ad sedandam libidinem; quia ratione nullum peccatum committit, qui opus conjugii exercet ob delectationem, si eam ordinet ad procreationem prolis tanquam finem principalem; peccat tamen venialiter, qui ob solam delectationem illud exercet, quia exercet more brutali, pervertendo ordinem à natura institutum; & consequenter voluntaria, & deliberata cogitatio, quam habent conjugati de copula præterita, si non habeat aliud motivum, nisi solam delectationem, non potest à veniali excusari, *v. prop. 9. ab Innoc. XI. d. 11.*

2281 Vidua morose delectans de copula præterita habita in statu conjugii, peccat mortaliter; quia vidua hic, & nunc in statu viduitatis est prohibita copula, ita & delectatio de copula. Eadem ratione peccant mortaliter, sponsi de futuro, si delectentur de copula futura; licet enim talis copula non sit mala in ratione effectus, & ut oboperan-

te procedet; est mala in ratione objecti, respectu ejus, cui obicitur, si obicitur in statu, & tempore, quo sit ei prohibita; hæc ratio pollutionis nocturna involuntaria non est peccatum, & delectatio voluntaria de illa est mortalis.

2282 Diana *part. 3. tract. 5. ref. 87.* Bonac. & Tambur. cum multis tenent. 1. Viduum licite gaudere posse de copula conjugali præterita, & desiderare futuram; sic pariter de soluto, & sponso, nullo tamen modo in præteriti delectari: quod intelligunt de puro desiderio; minime de desiderio conjuncto cum aliquo affectu actuali malo, vel de desiderio, quod fit causa efficax pollutionis, & de gaudio, sed prout coincidit cum approbatione, ita ut idem sit gaudere de copula conjugali præterita, ac eam approbare. Ratio est; quia delectatio morosa ex se influit ad libidinem, & motus sensuales parit; non sic approbatio, & purum desiderium. 2. Licetum esse de pollutione naturali nocturna, & involuntaria non delectari, sed de ea habita gaudere, & eam desiderare ob aliquem honestum finem, nempe ad sedandas, vel ob sedatas tentationes carnis ad exonerandam, vel ob exoneratam naturam, ob sanitatem, &c. quia tunc talis pollutio neque obiective est mala; nam sic gaudens, & placens, non gaudet, & placet de pollutione, sed de sanitate: idem dicunt de desiderio. Id de pollutione negant Sorus, & Rodriguez in Summa, quia pollutio est ex obiecto mala.

2283 Id certum est, nullo pacto licere pollutionem nocturnam, & naturalem procurare, etiam ad sanitatem obtinendam; quia tunc esset voluntaria in causa, & ab intrinseco mala.

2284 Si die Sabbati delecteris de comestione carnis, aut illam desideres, præcipua per intellectum, seu non intellecta die Sabbati, non peccas; quia separas malitiam, dum præcisid circumstantiam prohibitionis, seu lub quæ est prohibitio. Peccas vero, si desideres comedere carnes pro die Sabbati, etiam si postea retractata voluntate, non comedas; quia tunc non præcisid, sed comestio circumstantiam diei Sabbati: in primo, inquam, casu, dies Sabbati habet rationem temporis, quo existit, & sit actus desiderii; & ideo non transfundit malitiam in actum; quia concomitantem se habet: in 2. se habet ut terminus se tenens ex parte obiecti, ut ejus circumstantia, & ideo transfundit malitiam in actum.

2285 In qua re datur regula: in obiectis

malis, quia prohibitis, de iis per se consideratis delectari non est peccatum mortale, nisi delectatio fiat de re ipsa: fecus in obiectis prohibitis; quia malis, ut est adulterium, homicidium, &c. quia in primis potest obiectum præcisidandi malitia, non sic in secundis.

2286 Complacientia seu delectatio de actu peccaminoso, est peccatum, & contrahit eandem speciem, & qualitatem malitiæ actus. Si vero sit de modo, aut aliqua circumstantia in se non peccaminosa, ver. g. de dexterrate, industria, inventione, &c. in furando, &c. non est peccatum mortale, & aliquando neque veniale.

DESIDERIUM REI ALIENÆ.

2287 **E**st peccatum contrahens malitiam injustitiæ furti, si sit de re aliena obtinenda via illicita, & cum damno domini: fecus si videns, v. g. vestem Petri, similem desideres, vel eandem, emptione, donatione, aut alia via licita obtinendam. Decimo namque præcepto prohibentur in concupiscentia, quæ septimo præcepto prohibentur in facto; unde eo prohibetur deliberata voluntas aliena usurpandi, retinendi, aut damnum inferendi.

Scotus in 2. d. 42. q. 4. *lit. L. in 3. d. 15. q. un. lit. H. in 4. d. 15. q. 2. lit. LL. Maltrios in Theol. moral. disp. 11. q. 7. q. 8. n. 151.* Joan. in Crux. *par. 87. 6. præcep. Bonac. tom. 1. pag. 265. pag. 266. pag. 277.* Tamb. *in 1. p. 183. q. 207.* Busemb. *lib. 1. tr. 4. cap. 2.* Diana in pluribus locis, Calltrop. Verricelli cit. Clericatus *e. 118.*

DE VII. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non furum facies.

C. A. P. U. T. I.

De Justitia, & Jure.

2288 **D**e jure pro lege sumpto dictum est, cum de legibus: modo jus est potestas legitima ad aliquam rem obtinendam, vel retinendam, in re, & ad rem. Jus in re est illud quod per ipsam rem acquisitionem acquiritur. Jus ad rem est illud, quod aliquo iusto titulo habetis ad rem, non ejus traditam fieri. Jus in re dat actionem in ipsam rem, ita ut habens jus in re, habet actionem ad eam sibi vindicandam, à quocunque possideatur. Jus ad rem dat actionem in personam, ut rem, quam v. g. vendidit, dona-

vit, &c. tradat. Præcipua juris species est dominium.

DOMINIUM

2289 **E**st facultas disponendi de re tanquam sibi subiecta: est duplex, jurisdictionis, & proprietatis. Dominium jurisdictionis est potestas gubernandi sibi subiectis, præcipiendi, prohibendo, premiando, vel puniendo. Dominium proprietatis est facultas de re aliqua disponendi tanquam sua. Hoc est duplex; plenum, vel perfectum: & est facultas libere, & licite disponendi de re etiam in proprium commodum, & quoad omnes usus, à lege, vel conventionione non prohibitos. Imperfectum est illud, quod vel habet proprietatem rei sine fructibus, & dicitur dominium directum, vel habet fructus sine proprietate, & dicitur dominium utile. Tale habet usufructuarius, v. gr. domus, fundi, &c. cujus habet tantum utrum, & fructum; rei tamen dominium residet penes ejus dominum directum.

2290 Usufructus est jus utendi re aliena, & percipiendi ejus fructus, salva ejus substantia. Sic usufructuarius est maritus respectu dotis uxoris, cujus dominium & proprietates penes uxorem, aut ejus filios residet.

2291 Jus utendi est facultas utendi re aliena, non tamen percipiendi fructus, & salva ejus substantia. Hinc qui habet jus utendi equa, ea uti potest ad arandum, at non potest de eius pullo disponere; qui vero habet ejus usufructum, potest utrumque; unde usufructuarius disponere potest de fructibus rei tam pro se, quam pro aliis, vendendo, donando, &c. non sic usufructus.

2292 Usus facti importat nudam usum rei, absque jure, aut dominio utentis. Differt ab utuario, quia usufructus habet jus utendi, ita ut si ab usu rei impediatur, potest illum esse justitia exigere; non sic, qui habet simplicem usum facti. Ita Religiosi omnes in particulari. Franciscani vero tam in particulari, quam in communi habent simplicem usum facti, sicut volucres Cœli: circa res, quarum pro sustentatione propria egent.

2293 In iis rebus, quæ ipso usu consumuntur, v. gr. in cibo, pota ac vestitu, separari potest usus à dominio, ut constat in Franciscanis, qui quidem possunt uti pane ad manducandum; qui non possunt de illo disponere, alteri vendendo, donando, &c. imo usum, quem habent, dependenter à voluntate domini habent, qui est Summus Pontifex, qui in se dominium suscipit elemosinarum, & eorum omnium pro eorum necessitatibus sublevandis à fidelibus subministrat.

2294 Jure nature omnia sunt communia.

Un-

Unde dominia fuerunt introducta, & distincta jure gentium post Ade peccatum, ut sic pax, & humana societas conservaretur.

USUFRUCTUARIUS

2295 **N**on potest usufructum sine consensu proprietario donare, vendere, aut alio modo alienare: quod si faciat, illum amittit, & proprietario cedit, ex *l. si usufructu, vers. ff. de heredi. act. ff. de jure dotium*; quia est jus personae inhærens, quod inde non potest in alium transferri, alias posse usufructuarius senex illud juveni concedere, quod est in præjudicium proprietario.

2296 Quamvis autem usufructus alienari non possit, potest ejus commoditas, & utilitas alienari, & sic licite usufructuarius fructus vineæ vendit; quia id non est vendere usufructum, sed fructuum vineæ, adeoque emptor fructum vineæ percipit, minime nomine proprietario usufructuarius; ut *nu. 279. Castrop. de iustitia et. 2. disp. un. punct. 23. §. 2. n. 4. & c.*

2297 Fructus pendentes, & non collecti per usufructuarium in ejus vita, cujusvis sint generis, sive naturales, sive industriales, sive civiles, ad proprietarium spectant, ex *l. si usufructuarius 13. ff. quibus modis usufructu. amittit. Franch. d. c. 168. Ant. d. Spir. S. de jure, & dom. et. 10. disp. 2. sect. 3. & Molin. & Sanchez.*

2298 Difficultas est de fructibus maturatis, & non exactis; pro quibus quidem variant Doctores, qui tamen distinctione conciliantur.

Vel enim sunt naturales, & præcepti. Et hi ad usufructuarium spectant, & ejus hæredes, ex *Famigerata l. Defuncta, ff. de usufructu, Castillo de usufructu, cap. 77. nu. 10. Antonel. de temp. leg. 46. nu. 9. Barbosa in leg. d. vortio nu. 22.* In hujusmodi nanque fructibus tempus perceptionis attenditur, & quod sit à solo separati per usufructuarium, aut per alium nomine ipsius, Antonel. *cit. nu. 5.* Castillo *cit. nu. 4.* Qui idem docet, etiam si fructus essent perceptioni, & collectioni proximi, ex *l. Defuncta.*

2299 Vel sunt fructus civiles, qui de in diem percipiuntur. Et isti etiam ad usufructuarium spectant, ejusque hæredes post illius mortem, ita ut possit eos alteri cedere, legare & in testamento, aut alio modo de illis dispo- nere, Bald. c. 1. in fine de pace ven. in vltibus feud. Franch. *dec. 168. n. 11. & Adit. nu. Peregrinus ant. 49. nu. 100.* In hujusmodi nanque fructibus non attenditur separatio à solo, sed solum cessio obligationis, ita ut id, quod in natura- libus operatur separatio, in civilibus operetur cessio obligationis. Et sicut in natura-

bus tempus separationis attenditur, ita in civilibus tempus, quo incipiunt deberi: cum igitur contractu inito statim debeantur de die in diem, de die in diem usufructuario cedunt; adeoque licet non essent pro illa rata temporis exacti, usufructuario acquirunt, ejusque, ac ejusdem hæredum lucro pro illa rata temporis cedunt. Usufructuarius, inquam, est verus, & realis fructuum maturatorum dominus; unde cum prædicti fructus sint maturati tempore illius domini, pro eo remanent non exacti, & pro ejus hæredibus, eo mortuo.

DOMINI PROPRIETARIIS ACQUISITIO.

2300 **A**dquirendum dominium rei, quæ ante nullius erat, sufficit sola ejus apprehensio; quia quod nullius est, jure gentium occupanti conceditur: Sic animalia ferocia, & sylvestria, quæ antea nullius fuerunt, vel si alicujus fuerint, naturalem libertatem recuperant, sunt primi occupantis, sive in proprio fundo capiantur, sive in alieno. Non tamen animalia de se mansueta, & domestica; ut galina, columba, anseres domestici, & fera usque mansueta, hæc enim licet longius aberrent, quandoque veniunt consuetudinem vedendi; sunt sui domini, eique restituenda, si capiuntur.

2301 Columbaria est licita, adeoque ad nil tenetur dominus pro columbarum cibo.

2302 Fera, & volucres venatione captæ in fundo alieno, sunt capientis, quia nec sunt pars fundi, nec ibi suam naturalem libertatem amiserunt, ac proinde unius sunt, & ita primo occupantis. Si autem reditus fundi consistat in venatione, non sunt capientis, sed domini fundi.

2303 In venatione, si fera, aut volucer sit ita leviter vulneratus, ut fugere possit, tunc si alius eum fugientem capiat, est capientis, quia naturalem libertatem non amisit. At si vulneravit, quantum satis fuerat capiendum, & vulnerans esset eum fugientem insecutus; nec aliud potest illum prevenire; quia adeo moralis certitudo comprehensionis. In dubio, an qui vulneravit, esset capientis, est capientis, quia censetur suam naturalem libertatem habere. Si vero ita laqueo sit irretitus, ut fugere non possit; tunc, si alius eum dissolvat, non est dissolvens, sed ejus, qui laqueum paravit, quia per suum instrumentum eum quasi manu apprehendit, & volucer naturalem suam libertatem amisit.

2304 Thesaurus est verus dispositio pecunie

vnius non habet memoriam, ne tam dominum habeat. Si inventuri casu in fundo proprio, est inventoris; si in alieno, dimidium est inventoris, & dimidium domini fundi. Si inventuri ante magica, totus est Fisci Regii in poemam delicti, sed post sententiam. Si in loco publico, vel sacro, dividi debet cum fisco, vel Prælato, cujus est locus. Si non casu, sed data opera quis sine licentia domini effodiens eum inveniat in fundo alieno, tenetur totum reddere domino, deductis expensis. Hæc de jure naturæ, communi, & canonico, atque in foro conscientiæ. Pro foro autem externo attendende sunt pragmaticæ, & consuetudines propriæ Regnorum, quæ solent totum Principi concedere.

2305 Sciens, in alieno fundo esse thesaurum, potest fundum communi pretio sine illo onere tenere; quia thesaurus non est pars fundi, nec venditio fundi, spectat ad fundum fundi. Adducit Tambur. paritatem de Pharmacia, qui emere potest vili pretio si- sciam lignorum, ubi adesse cognovit herban- pestiosam communitur ignorat. Nec obstat lex unica, *Cod. de thesauris*, quod thesaurus in alieno fundo inventus dividendus sit, ut dimidium sit domini fundi, tempore quo fit inventio thesauri, Castrop. *rem. 6. def. un. punct. 17. Tamb. tom. 1. l. 8. et. 1. §. 3.* Quia plura, & fusc.

2306 Ad acquirendum autem dominium rei, quæ antea alicujus erat, requiritur semper titulus, & regulariter traditio. In aliquibus casibus in jure expressis non requiritur traditio; ita 1. In beneficiis Ecclesiasticis sufficit sola collatio, & acceptatio, 2. In donatione, aut venditione facta Ecclesie, Civitati, aut locis piis, 3. In legatis, 4. In hereditatibus.

2307 Titulus, in quo fundatur novum dominium rei, quæ antea alterius erat, jure communi & humano est multiplex, videlicet belli, præscriptionis, conjunctionis, aut alicujus contractus civilis.

B E L L U M

2308 **Q**uando justum, dictum est *an. 103.* In bello justo, bona capta, si sint immobilia, sunt Principis; si mobilia, jure gentium sunt capientium; jure tamen civili sunt prius ponenda in communi, & postea à Capitaneis dividenda militibus, juxta merita. Ut sic animosiores fiant: nisi adit consuetudo ut uniusquisque, quod capiat, retineat, vel ut mobilium pars cedat Principi, aut communitati.

2309 Excusantur milites trirremium, dum navium Turcarum ascendentes, aliquid pro se surripunt; nam Princeps non præsumitur

Erramen Ecclesiast.

rationabiliter invitus, sed potius permittere ad animandos milites, qui pro eo propriam exposuerunt vitam, eo maxime quia major pars illi cedit. Hinc Duces vident, & sunt, & dissimulant; expressè autem non concedunt, ne liberare militari, licentia data, omnia pro se furripiant. Bonac. *disp. 3. de consuetud. §. 2. p. 4. n. 9.*

2310 Cæterum praxis est, ut quidquid extrat in parte superioris navis, vulgò *sopra curvata*, sit militum.

2311 Repressalia sunt licita, si certò constet, à civibus unius regionis esse illatum damnum civibus tuz regionis, quod non possit alia via compensari.

2312 Si bellum sit injustum, bona capta particularium sunt restituenda, non communitati, sed propriis dominis, si fieri possit.

Si bellum sit ex utraque parte injustum, tunc hinc inde capta non sunt restituenda, sed compensantur. Alarius *lib. 7. ver. Bellum, n. 4.* Si bellum putatum justum constet postea fuisse injustum, tenentur ad restituendum bona, quæ extant, & in quæ facti sunt ditiores si non extant.

2313 In bello justo, licet hostes, quos innocentes putas, aggredi, quia ipsa aggressio est defensio. Sotus. Non licet tamen eos ex intentione occidere: licet verò spoliare, aut capere ad debilitandum hostem, nec est onus restitutionis.

2314 Mobilia, imò & immobilia in bello justo capta, si compensationem damnorum excedant, non sunt restituenda, sed retinentur possunt punitionis titulo. Molina *disp. 117.*

2315 Urbs fidelium non debet in prædam dari: nisi necessarium judicetur ad expediendum bellum, ad milites animosiores reddendos, & hostes terrendos. Molina *disp. 122.* Et tunc ea in prædam data; omnia bona possunt diripi, etiam innocentium; quia justitia belli non tenetur illud discere, sed tota Urbs hostis præsumitur. Cajet. *ver. Bellum, ver. 4.*

2316 Bona Ecclesie, & personarum Ecclesiasticarum non possunt diripi, nec occupari, quod si fiat, sunt restituenda, & reparanda damna: quia non sunt membra Republice temporales, nec hostes; ac inde ob delictum Civitatis, aut Principis, eorum bona occupari non possunt. Occupari tamen possunt virtualia istius Monasterii deposita ab hostibus. Mendo.

2317 In bello justo licet Urbem incendere, si alter capi non potest, quamvis multi innocentes cum nocentibus occidantur; quia non rectè occiduntur. Sotus de *just.*

Q Item

2318 Item possunt à Principe repeti expensæ pro recuperatione factæ.

2319 Hostibus victis licitum est tributa imponere in compensationem, aut poenam.

2320 Obsides, vulgo *Ostaggi*, si sint de numero nocentium, violata ab hostibus fide, possunt occidi. *v. n. 55.*

2321 Capti in bello iusto possunt fugere, et non possunt dominis insequentibus vi resistere.

2322 Post adeptam victoriam, non licet innocentes occidere: sunt tamen servi, capti in bello cum infidelibus.

2323 Clerici, & Religiosi possunt sacramenta ministrare. Item urgente necessitate incenia; & portas custodire; imò ad id in repentino bello tenentur, *ex c. & veni.* At non licet propria manu pugnare, nisi se defendendo: *v. n. 73.*

2324 Si aliqui ad Ecclesiam confugiant, ut inde pugnent, possunt à præstantibus ex adverso invadi, occidi, & extrahi, quin violenter immittantur; quia illi inde pugnantibus se reddiderunt immunitatis extorres: ita *Mendo n. 7.*

Similiter si Princeps sit Clericus, potest ex iusta causa indicare bellum, milites congregare, ad pugnam incitare, & alia requisita parare, ut non possit propria manu pugnare.

2325 Licitum est bellum indicare hæreticis ob solam hæresim, in quantum turbant pacem Ecclesie, & Reipublice. Barbaris ob barbariam. Infidelibus, si immolent innocentes, aut humanas carnes edant, vel si fidei Prædicatores nolint admittere, vel eis transitum ad alias provincias denegent. Et Idololatris ob solam idololatram, & juris naturæ violationem. Ita *Mendo in Epist. n. 10.*

2326 Miles peccat mortaliter, si fugiat, aut suam stationem relinquat, etiam si instet vitæ periculum; nisi nulla sit spes, ut possit conservari.

2327 Militi ægotanti debetur stipendium.

2328 Capitanei non possunt titulo compensationis pro stipendio dimidiato, aut malè soluto, tot militum sèta nomina scribere, quor sufficit ad supplendum stipendium, *Ardekin rom. 2. p. 2. tr. 6. qu. 1.* contra Lessium,

quæ est contra regulas compensationis, ob maximum, & evidens damnum Reipublice, & Patriæ, quæ inde periclitari possit.

2329 Ardekin *est. duo moræ*, 1. Principem Parmeniem aliquibus Patribus Societatis respondisse, non esse faciendum serupulum Capitaneis ob quatuor, aut quinque *placitas munitas*, 2. *Ubi in militia recepto Capitaneo consedi locum mortuum pro duobus, aut tribus fu-*

malis, & unum pro signifero, est sèntus alii non haberi.

At hoc secundum notatum non est componendum cum primo, quia esset defectus notabilis militum, circa quem non potest rationally præsumi indulgentia Principis.

2330 Non possunt Commilitari capitanei & militibus aliqua oppida onerare, ut ab aliis quæ se redimunt, pecuniam accipiant. *Arsd. cit. q. 6.* Quia tenentur iustitiam distributivam servare, ut æquè, quantum fieri potest, loca graventur, tunc autem ob pecuniam ab aliis acceptam, magis reliqua loca graventur, quod est iniustum, nisi pecuniam illam ingratorum levamen impendant.

2331 Pabulatio non est licita militibus, & aliis in terra non hostili, amicorum scilicet, aut subditorum ejusdem Principis, si pabula sufficientia advehantur, aut possint emi, quia non plus juris habet miles ad aliena pascua, quam ad alienum panem: Ita Lessius.

Si autem pabula, quæ ducuntur, non sufficientiant, & non possint ob inopiam emi, quamvis non desint, qui dicant, à deesse receptam consuetudinem libere pabulandi; quando pro utilitate Provinciæ bellum geritur, in quantum hoc onus sit commune, & compendetur emolumentis perceptis, & percipiendis, ut refert *Ardekin cit. q. 7.*

2332 Restitui dico cum eodem; tunc licita est pabulatio ratione extremæ necessitatis, quæ omnia sunt communia; cum hoc tamen, ut cum primum exequi potest, fiat compensatio illi, qui enorme damnum esse passus: ratio est; quia extrema necessitas transfert absolute dominium in indigentem, in rebus ordinariis, quæ purum bonum privatum alterius concernunt: in rebus verò extraordinariis, seu magni pretii, non transfert absolute dominium, sed solum dat jus, ut indigens subsiveatur; quod obtinere potest per mutuum, aut commodatum. Rationem præstat æquitas, & prudentia, omnium moderatrix legum, quæ nec sufficit, ut ob extremam necessitatem indigentis depauperentur familie, hoc namque cedit in grave Reipublice damnum: inde est contra bonum publicum, quod privato prævalet.

QUÆRERE

2333 An mercer, & bona mobilia extraneorum amicorum, quæ repta fuerunt intra navim captam hostium, possint iure belli incorporari?

Erratum est ex dictis, iure belli iusti bona capta hostium, sive mobilia, sive immobilia, incorporari, & ipsos hostes captos fieri servos, aut captivos, si sint Christiani. Hoc præmissio,

2334 Dico non posse incorporari, si constet esse bona extraneorum, sed reddenda esse proprio tempore ordinario, sed extraordinario triginta annorum, *ex l. domus, & l. sicut in rem Cod. de præscrip. 30. annorum*, Card. de Lugo, *tom. 1. de just. tit. 7. sèl. 2.*

Unde, si putans invincibiliter esse hostium, bona fide incorporaverit; deveniendo in notitiam, quod sint bona extraneorum, tunc dominis restituere bona, quæ extant, aut id, in quo factus est ditor.

Insuper illa scienter ementes tenentur ad restitutionem, uti ementes à fure. Quod si non constet, possunt emere; quia ad solum spectat considerare, an sint bona aliena.

PRÆSCRIPTIO.

2335 **S**eu usucapio, est acquisitio domini rei aliena per possessionem ejus certa temporis spatio legibus definita continuam. Ad licitè præscribendum res tres condiciones requiruntur. 1. *Bona fides*, ut quis prudenter putet rem esse suam, seu nesciat esse alterius.

Unde ex Reg. 2. de Regulis juris, *Possessor mala fidei ullo tempore non præscribit*, 2. *Titululus*, saltem probabiliter præsumptus, v. g. successione, donationis, emptionis, &c. 4. *Continuatio possessionis per certum tempus à lege præscriptum.*

2336 Pro mobilibus, ut sunt vestes, pecunia, animalia, naves, &c. requiritur tempus trium annorum cum titulo, & bona fide. Nisi sine res furtivæ, de quibus infra.

2337 Pro immobilibus, ut sunt prædia, domus, &c. inter presentes, qui scilicet in eadem civitate, aut territorio habitant, requiritur tempus decem annorum cum titulo. Inter absentes, qui scilicet in diversis territoriis habitant, tempus viginti annorum, si addit titulus. Rectè addit Pirhing, *lib. 2. tit. 26. §. 2.* Quod si præscribens sit per partem temporis præsens, per partem absens, sit servanda proportio absentie, & presentie; ita tamen, ut anni absentie duplicentur; adeoque, si qui rem immobilem usucapit, sit per quinque præsens, reliquo tempore absens, quindecim anni ad eam præscribendam requirantur.

2338 Res furtivæ, & res vi possessæ nun-

quam præscribuntur, nisi purgato vitio; ita ut non solum ipse fur, sed neque quisvis alius secundus, aut tertius bonæ fidei possessor, qui ab eo quovis titulo accepit, usucapere possit; quia res est vitiosa, & iniusta.

2339 Vitium rei purgatur dupliciter. Primo, per reditum rei ad dominum: si enim res ad suum dominum redeat, potest postea ab alio bonæ fidei possessore tempore ordinario usucapi. Secundo, per bonam fidem, & tempus longissimum, videlicet triginta annorum. Et ita qui rem à fure, aut à vi possidente, bona fide accepit, & maxime tertius, qui non à fure, sed ab alio bonæ fidei possessore accepit, potest rem illam præscribere, minime tempore ordinario, sed extraordinario triginta annorum, *ex l. domus, & l. sicut in rem Cod. de præscrip. 30. annorum*, Card. de Lugo, *tom. 1. de just. tit. 7. sèl. 2.*

2340 Quia idem probabiliter docet n. 151. de ipso fure, quod possit rem illam præscribere tempore triginta annorum post bonam fidem supervenientem. Potest enim furi advenire bona fides, puta si Confessarius putatus doctus ei diceret, de potuisse licite rem illam accipere, tunc inciperet esse possessor bonæ fidei, & ex tunc inciperet præscribere, non quidem tempore ordinario, sed extraordinario, vitium namque intrinsecum rei oblat ad præscriptionem ordinariam, minime ad extraordinariam longissimi temporis cum bona fide. *De Lugo cit.*

2341 Res immobiles sine titulo, sed cum bona fide, tam inter presentes, quam absentes præscribuntur tempore triginta annorum, si sint privatarum, Pirhing, *cit.* Hæc de rebus privatarum perfonarum.

2342 Contra Principem, Fiscum, & Ecclesiam, pro immobilibus requiritur majus tempus, de quo Juristæ, de Lugo, & Pirhing, *cit.* huc.

Contra Ecclesiam Romanam pro immobilibus requiritur spatium centum annorum, contra Ecclesiam inferiorem spatium quadraginta annorum. Pro mobilibus sufficit idem tempus trium annorum, quia pro illis nulla Ecclesia habet privilegium. *Can. ult. & penult. 16. q. 3.*

2343 Quibus positis conditionibus, si postea comparcat dominus, non potest rem ab eo qui eam præscripsit, repetere, quia jam translatum est dominium; quæ lex præscriptionis introducta est iure civili in poenam negligentie, & ne rerum domini diti incerta ac suspensa remaneant, ut sic consulatur paci, & obvietur litibus; ob quod bonum publicum Princeps, qui habet potestatem

disponendi de rebus privatorum ob bonum commune, legem præscriptionis constituit. Fagnanus lib. 3. c. si quis, 53. pag. 338.

2344 Qui sunt domini incapaces, uti Religiosi, non possunt circa res corporales præscribere. Item res sacre non possunt præscribi. Servitus non potest præscribi, libertas vero à servitute mancipii præscribitur per spatium annorum viginti. Debita præscribitur per spatium triginta annorum: v. à n. 244.

CONTRA ONUS MISSARUM

2345 **P**robabilis mihi est contra Tamb. quod non possit dari præscriptio. 1. Quia sicut onus missarum non potest contra Sacerdotem præscribi, quatenus non patitur æquitas, ut, qui bona fide paravit se servum, advertens se non esse servum, in servitute perdat; ita nec Sacerdos, aut hæres potest contra onus Missarum præscribere, quatenus pietas Christiana non patitur, ut animæ defunctorum in Purgatorio carceribus detentæ, omnino destituantur sacrificiis illis, quibus ipse in hac vita, aut sui pro ipsis consuluerunt; & Sacerdotes, aut hæres inde gaudent, unde ipse plorat. 2. Quia ex jure res pupillaris durante statu pupillari præscribi non potest, animæ autem Purgatorii, quoad suffragia eis debita, sunt pupillæ, quia sicut pupilli ob defectum ætatis, ita animæ ob defectum status rem suam gerere non valent: unde sicut negligentia, aut carentia tutoris non potest cadere in detrimentum pupilli, ita nec negligentia, aut carentia hæredum, &c. in detrimentum animarum; adeoque contra eas non datur præscriptio; nam præscriptio est introducta in poenam negligentiam sui proprium; nulla autem negligentia potest imputari animabus, cum alia voce clamare non valeant, nisi illa Job cap. 19. *Misererentur mihi, &c.*

EXEMPLUM PRÆSCRIPTIONIS.

2346 **S**unt novem anni, ex quo Petrus bona fide, & titulo successione possidet domum quandam, & percipit fructus: modo scit esse Pauli præsentis, ad quid tenetur?

Dico teneri restituere domum, quia non jam est elapsum decennium; item & fructus illos ultimos, qui non compleverunt triennium, si extant, aut id, in quo ex illis factus est ditior: non tenetur autem restituere fructus sex annorum priorum, quia cum pro eis sit elapsum tempus triennii, jam sunt præscripti: tenetur inquam restituere fructus a triennio in-

fra, minime à triennio supra: si vero sit elapsum decennium, ad nil tenetur, quia jam domum præscripsit, & fructus, quos inde acquirat, ex re sua acquirat: v. n. 2338.

CONJUNCTIO

2347 **R**ei unius cum re alterius potest contingere quatuor modis. Per alluvionem, adjunctionem, confusionem, & admixtionem.

ALLUVIO

Est duplex, *Lævis*, quæ pars fundi unius insensibiliter fundo alterius adjungitur, *Patens*, quæ pars fundi unius vi fluminis in alterius fundum transferatur. Augmentum fundi factum per latentem alluvionem, est ejus cui adjungitur; per patentem, est ejus, cuius erat.

Influa per alluvionem de novo nata. Si facta in alto mari, quod sub nullius dominio sit, est primi occupantis. Si in medio fluvio duo dominia dividens, dividitur inter eorum dominos, si in eodem fluvio, sed prope tuum agrum, est tua. Si prope agrum tui vicini, est illius.

ADJUNCTIO

2348 **E**st, quæ res unius adnectitur rei alterius, ut si pars veltis unius adnectatur velti alterius, seu gnomia unius annulo alterius. Adjunctio est rei, quæ discerni potest, & separari; alias erit confusio, vel admixtio.

Res adjuncta est domini, cuius erat, eique restituenda, quia discerni potest, & separari.

Ædificia, & plantæ solo alterius bona fide adjuncta sunt domini fundi; qui tamen tenetur solvere expensas. At mala fide adjuncta, nil tibi debetur.

CONFUSIO

2349 **E**st, quæ res unius rei alterius confunditur, ita ut non possit discerni pars, quæ unius sit, & non alterius: ut cum vinum unius miscetur cum vino alterius, lana unius cum lana alterius, ex quibus panis intexitur. Si confusio est facta casu, aut de consensu utriusque domini, est res dividenda pro rata. Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente, res est ejus, cuius est major pars, cum onere reddendi adjunctionem partis materie alterius: quia pars minor erit accessoria, ac proinde sequitur principale. Idem dic de pretiosa pictura in vili tabula alterius: tunc, inquam, tenetur pretio reddere pretium tabule. E converso si pictura sit vilior. Si sint æquales, et in se modo de admixtione, n. 2352.

AD

ADMIXTIO

2350 **E**st, quæ res unius conjungitur rei alterius, ita ut quamvis possit physice pars unius assignari, non potest factice dignosci. Ut cum triticum, aut pecunia unius miscetur cum tritico, aut pecunia alterius.

Si admixtio est facta casu, vel de utriusque domini consensu, est res dividenda pro rata. Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente; tres regulas tradunt Doctores, Tamb. tom. 1. l. 8. r. 3. c. 3. §. 4. d. n. 16.

2351 Prima est. Si pars, quam admisceo, sit notabilis, & animum expressum habuisti non acquirere dominium cumuli, cumulus in tuo horto non erit in tuo solo domino, sed utriusque, & tenens restituere ex cumulo pro rata; quia dominium non acquiritur sine voluntate acquirendi.

2352 Secunda. Si pars sit notabilis, & voluntatem habuisti acquirendi dominium, tunc eris dominus totius cumuli: ita ut res alterius per conjunctionem transeat in tuum dominium, ut non tenearis eam in individuo restituere; quia ita te habes, ac si rem alterius, v. gr. frumentum consumpseris, aut pecuniam expendis; unde solum teneris ad æquivalentem, uti quando rem alterius consumis. Idem dic, si eam voluntatem nec includis, nec excludis; quia tunc adest voluntas implicita.

2353 Tertia. Si pars alterius cognosci faciliter potest, sed non separari sine totius destructione, ut si filis aureis tuæ vestis sint mixta & intertexta fila argentea alterius; tunc videndum est, quod sit principalis alterius; ut in n.

2349. Si partes sint æquales, tunc potior est ratio nolentis, aut nescientis; qui tamen, si rem pro se eligat, tenetur ad æquivalentem. Semper vero favendum est rei, ne destruat. Ita Tamb. cit. Vide infra tit. *Causæ excusantes à restitutione.*

IUSTITIA,

2354 **O**mnis est præcipua virtus ex quatuor Cardinalibus, definitur: *Constantis, & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi: dividitur in legale, distributivam & commutativam. Legalis est, que inclinatur ad observantiam legum, que sunt ad bonum commune ordinata. Distributiva est, que inclinatur ad distribuenti subditis bona communia, nempe bonorum dignitates, & præmia juxta proportionem meriti, & conditionis persone. Commutativa est, que inclinatur ad ponendum, & conservandam æqualitatem rei ad rem inter bona privata privatorum. Lexamen Ecclesiasticum.*

galis recte ordinat partes ad totum, distributiva totum ad partes, commutativa partem ad partem in mutui commercii humanis, & hæc est iustitia proprie dicta habens pro objecto jus strictum, nempe jus proprietatis, & respicit æqualitatem arithmeticam dati, & accepti; distributiva vero solum respicit æqualitatem geometricam, quæ inter proportionem versatur, intendens premium, aut honorem juxta proportionem meriti, & conditionis persone; unde sola iustitia commutativa, si violetur, onus restitutionis parit, iustitia autem distributiva, si violetur, non parit onus restitutionis ratione sui, sed ratione iustitiæ commutativæ, si ei sit adjuncta.

EXEMPLUM.

2355 **S**i quis mille aureos relinquat puellis habendis juxta eamque inopiam, tunc ille, cui incumbit distribuendi cura, formam iustitiæ distributivæ servare tenetur, hoc modo, ut pecuniam non nisi puellis ibi detentis distribuat, tali forma, ut ea sit proportio pecuniarum, quam una puella accipiet, ad pecuniam alteri tradendam, qualis reperitur inter inopiam unius, & alterius, si inopie ratio fit habenda; quod si distribuendo talem non servet proportionem, contra iustitiam distributivam peccat simul, & contra commutativam, ob pecuniam, quæ ei obveniebat; hæc donatio alterius, cum enim donator tunc proportionem in distributione servari voluerit, perinde est, ac si singulis certam pecuniam summam assignasset. Ita Matrhus.

Secutus in r. d. 17. q. 2. lit. LL. in 3. d. 24. qu. in. lit. L. in 2. d. 15. q. 2. lit. M. d. 46. q. 1. lit. B. Matrhus in Theol. mor. disp. 3. q. 1.

CAPUT II.

De Contractibus.

2356 **C**ontractus est pactum, ex quo utroque oritur obligatio, seu est reciprocos consensus duorum, aut plurium significationibus expressis: alterius partis deficienti consensu, nullus est contractus.

2357 Contractus est invalidus. 1. Si contractantes sint inhabiles, aut si eis non concedatur libera administratio suorum bonorum, aut si eis resistat jus positivum; unde invalide contrahunt Religiosi, filifamilias, qui scilicet sunt sub patria potestate, & non jam emancipati, uxores, furiosi, prodigi, pupilli. Pupillus ubertati proximus, & mi-

Q 3

nor

nor habens curatorem, contrahentes sine tutoris, aut curatoris autoritate, valide contrahunt in suum commodum, minime in suum incommodum; alterum sibi obligant, sed alteri non se obligant.

2378 Secundo. Si contractus celebratur sine solemnitate substantiali à lege requisita, sub clausula irritantia; imò tunc contractus est invalidus; etiam si fuerit initus cum ignorantia solemnitatis; hinc matrimonium contractum cum aliquo impedimento dirimente etiam ignorato est nullum; quia talis solemnitas, & conditio à lege requisita, se tenet ex parte forme contractus; forma autem est de essentia rei, seu contractus; adeoque sine illa etiam ignorata res subsistere non valet.

2379 Tertio. Contractus iniustus ex metu gravi iniuste inculso ab alio homine ad finem eos extorquendi, sicut iniustus iure naturæ, etiam si interius, qui metum passus est, consensum habuerit; & consequenter per eos non transferretur dominium, aut usus, Villalobos, Diana, Leander, & alii contra Caltrapal, & de Lugo. Ratio non est, quia deficit libertas, & consensus; quia sicut cum non tollit metus gravis iuste inculsus, ita nec iniuste inculsus; sed ratio est, quia si contractus meticulousus esset validus iure naturæ, ex iniustitia oriatur iniustitia, quod implicat; obligatio, inquam, quæ est actus iustitiæ, oriatur ex contractu per injuriam extorto, adeoque iniusto. Tum quia, qui per metum gravem injustum contractum extorquet, si ex eo aliquid habet, tenetur sub mortali id statim restituere, etiam ante sententiam iudicis; quod non esset verum, si contractus non esset invalidus iure naturæ.

2380 Dices: ex communis doctrina baptismi, & cætera sacramenta, matrimonio excepto (de quo in n. 1649.) valide suscipiuntur, non obstante metu gravi iniuste ab alio nomine inculso, ad finem illa extorquendi.

Resp. disparitatem esse; quia Sacramenta (matrimonio excepto) non sunt radices, nec actus iustitiæ, nec inducunt obligationem iustitiæ; sed Religionis, aut alterius virtutis; & ideo ad eorum validitatem non requiritur consensus, qui fit contractus, sed sufficit consensus liber, & voluntarius simpliciter, sicut ad meritum, & peccatum, qui consensus fiat cum coactione, & metu gravi explicato; contractus vero est radix iustitiæ; & ex eo oritur obligatio iustitiæ; unde ad illum requiritur consensus, qui fit contractus, qualis non est consensus coactus, sed perfecte voluntarius, & liber; nam coactio, & injuria, cum sit actus iniustitiæ, non potest causare consensum, qui sit radix iustitiæ.

2381 Clericis & Religiosis est prohibita negotiatio per se ipsos, minime facta per alios; quia Clem. I. in vita, & honest. cleric. appointur particulam personaliter; tum quia si fiat per alios, non habetur distractio, ad terrena, quæ est finis legis.

Negotiatio est, cum quis rem sibi comparat eo animo, ut integram, & non mutatum casum vendendo, vel permutando lucretur. Quæ est valde distractiva, & indecens, & ideo prohibita Clericis.

Non est eis prohibitum, si emant pecunia, quæ passim suis fratribus vendant, vel si gregee alant, ut scribit Jac. Lanam vendant, quia vendunt fructus suorum prediorum, aut iurium rerum. Nec si emant agrum cum fructibus immaturis, eosque vendant. Nec si id quod ad proprios usus emerant, postea mutato consilio, casum vendant. Ita Bulemb.

2382 Contractus validus obligat in conscientia; & si ledatur, ad restitutionem.

2383 Contractus alii sunt nominati, qui habent proprium titulum, seu nomen, ut emptio, mutuum, &c. de quibus modo: alii inominati, qui proprium titulum non habent, sed explicantur his verbis, do, ut des; facio, ut facias; do, ut facias; facio, ut des.

De vi, metu, dolo, aut errore in contractibus: v. à n. 1645. ad 1668.

PROMISSIO

2384 **E**st actus, quo quis sponte & liberaliter pollicetur alteri aliquid dare, vel facere. Promissio vera, & libera, quæ non est simplex propositum, seu ostensio animi, & voluntatis aliquid faciendi, sed quæ unus alteri obligatur, idque ostendit per signa externa, & in materia licita, pariter & donatio, si sit acceptata, obligat in conscientia, & sub mortali, si materia sit gravis, Scotus in 4. d. 28. q. 1. contra plures tenentes non peccare mortaliter, sed solum esse mendacem, & infidelum. Non obligat autem ante acceptationem, etiam si sit facta Ecclesie, nisi sit facta Deo per modum voti, quæ obligatio ex alterius partis consensu dependet; nec obligat promissio mere interna; quia contractus obligatorius debet esse signis externis expressis: v. dicta de iuramento, & voto.

DONATIO

2385 **E**st actio liberalis, seu translatio domini alicuius rei non debite ex iustitia in alium, quod si non fiat liberaliter, sed pro retributione, erit venditio, aut unius pro alio commutatio; si fiat solo verborum officio, &

si acceptata, dicitur imperfecta; si fiat vero cum rei traditione, dicitur perfecta, & transferretur dominium in re. Ante acceptationem potest revocari, etiam si sit facta per publicum instrumentum.

Conditio impossibilis, aut turpis ei apponitur, habetur pro non adjecta.

2386 Donatio omnium bonorum inter vivos est invalida iure civili; quia est nimis prodiga, & privat potestatem testandi. At si sit facta Ecclesie, non potest iure civili impediri, Mendo verbo donatio, v. n. 2362.

2387 Donatio non solum acceptata, sed etiam tradita, revocari potest ex iure civili in pluribus casibus, & 1. Donatio facta inter vivos, ob enormem ingratitudinem donatarii, nimirum si donatarios atrocis injurias donatarii intulerit, si cum verberaverit, aut si inopia laborantem non aluerit, donatarius autem non tenetur ad restitutionem, nisi post sententiam; quia hæc est poena, unde ingratitudo debet à iudice probari.

2388 Secundo, donatio facta causa mortis potest à donatore usque ad mortem revocari si contra legatum, & testamentum; quia includit implicitam conditionem, nisi revocetur.

2389 3. Si donatio facta à patre fuit tanta, ut non relinquitur filiis, quantum petit legitimatorum proportio, dicitur inofficiosa, hoc est contra officium pietatis, & hæc si est facta alicui ex filijs, revocatur tantum usque ad legitimam aliorum; si sit facta extraneo, animo defraudandi filios, revocatur tota; si non sit facta animo defraudandi filios, vel sit facta Ecclesie, aut causæ piæ, revocatur usque ad filiorum legitimam.

2390 Si vero donatio facta à Patre, aut matre, non excedat id, de quo disponere possunt, non tenetur filius in partitione hereditatis illud computare; quia talis donatio confirmatur morte. Imò si sit donatio remuneratoria, quæ facta extraneo valeret, etiam ab initio valet, nec indiget morte confirmari, Silv. ver. Pecuniam, Mendo ver. filium. 20.

2391 4. Si donatio facta à Rege enormiter Regnum ledatur, potest ab ipso, aut successore revocari. 5. Prole carens, si magnam partem bonorum donavit, revocare potest, superveniente prole.

2392 Donationes inter vivos inter conjuges sunt prohibite à iure; cujus ratio est, ut appareat amorem conjugalem sine pretio stare. Valent tamen: 1. Si fiant causa mortis, seu in tempus soluti matrimonii. 2. Si fiant ob causam piam, aut sint remuneratoriæ. 3. Si uxor donet marito causa dignitatis obtinendæ, aut publici mu-

neris exercendi. 4. Si maritus condonet dotem aut faciat contradotem, seu ob iustam causam augeat uxoris dotem. Vel si aliquid annuum, aut mensale donet uxori ob vestimenta, & alias necessitates. Vel si ingrediatur Religionem, & in ea proficiatur. 5. Si sit dives, & modice donet.

2393 Donatio inter sponsos de futuro valet, si non fiat in tempus futuri matrimonii.

2394 Qui invalide matrimonium contraxit, potest, quia donavit uxori, revocare; quia ex errore, & motivo matrimonii donavit; & debet tamen compensare damnum pudoris.

Vile n. 1892, de largit. mun. à n. 990. & to. 2. n. 130. ad n. 136.

Scotus in 4. d. 30. qu. 1. lit. B. & E. dist. 15. q. 2. lit. F. Maltrius in Theol. moral. disp. 4. qu. 1. & 2. Joan. la Cruz 7. præc. pag. 103. Bonac. tom. 2. pag. 556. pag. 744. Tamb. tom. 2. pag. 245. 254. Bulum. lib. 3. r. 5. c. 2. Diana p. 1. r. 8. Clericatus n. 145. n. 17. Mendo ver. donatio.

MUTUUM,

2395 **Q**uod secundum nominis ethymologiam idem est, quam, de meo tuum fit, desinitur: Contractus, quo res numero, pondere, vel mensura consentiens dominium, & usus à mutuantem in mutuatarium usque ad certum tempus transferuntur, cum obligatione restituendi eandem, vel similem in specie, & bonitate.

2396 Commodatum est, quo usus alicuius rei alicui gratis conceditur sine translatione domini. Qui usus si precibus petentis conceditur, dicitur Precarium.

Qui pecuniam alicui commodat, non ad usum, sed ad pompam, potest lucrum accipere: Clericatus c. 83. num. 16. quia non est mutuum, nec commodatum, sed locatio materialis pecuniæ.

2397 Depositum est, quo aliquid alteri custodiendum traditur sine usu, sive cum pretio, sive sine pretio.

2398 Locatum est, quo alicui traditur usus alicuius rei sine translatione domini ad tempus, sed adhibito aliquo pretio amicitiam solvendo. Qui dictum usum rei, ver. gr. domus concedit, dicitur locator, qui eum recipit, dicitur conductor.

2399 Emphyteusis est contractus rei immobilis, cuius tantum dominium utile, seu indirectum transferuntur in accipientem, retento directo apud concedentem, cum pacto certe propositis proprietario annuatim solvende in recognitionem domini directi. Qui accipit, dicitur Emphyteusis, qui concedit, Proprietarius.

2380 Feudum est contractus rei immobilis,

causa sanctorum dominium utile, seu indirectum transferri in acceptentem, tenent dominio directo apud concedentem, cum opere non aliquid iurandi, sed exhibendi directio domino fidelitatem. *Obsequium personale.* Unde feudum differt ab emphyteusi, solum quia in hac debetur pensio realis, in illo fidelitas, & obsequium personale; feudum concedi solet Vassallo a Principe ob eius merita, aut praerata gesta, & si concedatur hereditarium, transferatur ad haeredes. Qui concedit, dicitur *inf feudator*, qui accipit, *feudatarius*.

2381 Emphyteusis, & feudum differunt à locazione. 1. Quia locatio, seu conductio fieri potest tam de immobili, quam mobili; illa vero solum de immobili. 2. Quia in locazione nullum dominium, sed purus usus rei transferitur, in illis vero transferitur dominium utile. 3. Quia emphyteusis fit ad longum tempus, quod non fit minus decennio ex iure; locatio vero fit ad brevis tempus, aliquo erit emphyteusis. Differunt à venditione, & emptione; quia in his transferitur omne dominium rei tam directum, quam indirectum, in illis vero solum dominium indirectum, seu utile. Denique differunt à libello; quia contractus libellarius, feudatio ad libellum dicitur, quando emphyteuta, vel feudatarius sem, quam in emphyteusim, vel feudum accipit, similis contractus tradit tertio; adeoque dicitur sub emphyteusim, & sub feudum, ad quod fit ad decennium fiat, requiritur consensus domini directi.

2382 Si res conducta absque culpa conductoris aliquo casu sortuito reddatur inutilis, non tenetur conductor solvere pensionem, nisi pro rata temporis, quo ea usus est. Si superveniat sterilitas, & sit tanta, ut colonus nihil recipiat ex praedio conducto, liberatur à pensione; si sit parva, non venit in considerationem; si sit magna, dat jus minuendi pro rata pensionem, nisi aliter conventum sit, vel nisi sterilitas unius anni compensari possit fertilitate alterius anni, ut observari solet in locationibus ad plures annos. *Sterilitas* tunc dicitur esse, quando detracta estimatione expensarum, & seminis, non superent fructus, qui sufficiant ad solvendam dimidiam pensionem.

2383 Conductor, si ob justam, & urgentem causam sit coactus rem conductam deserere, v. gr. ob pestem, &c. ante tempus determinatum supervenientem, non tenetur integram pensionem solvere, sed pro rata temporis, quo ea usus est.

2384 Potest conductor ante tempus determinatum expelli, si re, conducta abutatur, dam-

nificando, vel meretricis adducendo, aut aliud turpe ibi exercendo cum scandalo: aut si domus reparatione indigeat, remittendo pensionem pro rata; & demum, quando debitam pensionem non solvat.

2385 Si res perit in mutuo, mutuario perit; in deposito autem, accommodato, & locato, deponenti, accommodanti, & locanti perit, quia res domino perit, nisi pereat culpa depositarii, & aut nisi sit depositarius ex publico officio, qui in omni eventu tenetur ad damnum; unde si latro simul te spoliare velle, & quam habes accommodata, & pecunia, quam habes mutuata, teneris restituere pecuniam, non vellem. De culpa vide infra de restitutione.

2386 Pignus est contractus, quo alicui res tradita ob maiorem crediti securitatem. Unde habet rationem depositi in gratiam depositarii. Differt ab hypotheca; quia pignus est de re mobili, hypotheca de re immobili, ut vinca, domus, &c. quae obligatur creditor, fed remanet apud debitorem.

2387 Non potest quis uti pignore, sicut nec deposito, nisi de consensu expresso, vel tacito domini; quia pignus datur ad securitatem, & depositum ad custodiam, non ad usum.

2388 Habens in pignus praedium, si illud colat, tenetur deducit expensis, & laboribus, fructus computare in fortem principalem sui crediti; quia res domino fructificat. Excipitur. 1. Pignus datum pro dote; quia maritus recipit fructus ad sustinenda onera matrimonii. 2. Si pignus sit res feudalis, & detur habenti dominium directum; quia res domino fructificat. Vide quid restituendum, *ver. Pignus bonae fidei*.

2389 Item excipitur contractus à godere, ut si tibi danti Petro pecuniam ad fruendum, detur à Petro domus pariter ad fruendum, usque quo pecunia tibi reddatur, non teneris fructus domus in fortem principalem computare, sed potes illi frui, usquequo pecunia tibi reddatur; requiritur tamen, ut pro pecunia data fit tibi lucrum cessans, aut alius iustus titulus ex dicendis; alioquin erit usura, & lucrum ex mutuo; quia circa pecuniam non datur dominium utile distinctum à directo, cum non sit ex se fructifera. In rebus autem, in quibus datur dominium utile à directo distinctum, licitus semper est contractus à godere; quia est quidem contractus locutionis; unde licite Petrus dat Paulo domum ad habitandum, & Paulus Petro viridarium ad fruendum; tunc namque Paulus uti conductor domus dat pro annua pensione Petro fructus viridarii; v. *maner. 2493*.

2390 Si quis vero pecunia, quam depositam habet, ludat, & lucratur, non tenetur lucrum restituere; quia est fructus mere industrialis.

2391 Fideiussio est contractus, quo quis suo periculo suscipit alterius factum, aut debitum, praestiturus ipse, aut solviturus, si alter non faciat.

Principali non solvente, non tenetur fideiussor in conscientia solvere, donec per viam iustitiae exigatur; quia talis praesumitur animus fideiubentis.

Et creditor prius debet in iudicio agere contra debitorem, nisi sit manifeste non solviturus, aut fugerit.

Fideiussore solvente, tenetur debitor ei solvere, & compensare damna ratione fideiussionis secuta.

Obligatio fideiussoris transit ad haeredes, Bonac. *Mendo verb. Fideiussor. v. n. 1839*.

Fideiussor esse non potest, qui non habet bona, aut qui non habet administrationem suorum bonorum. Unde fideiubere non potest Religiosus, nec mulier nupta, quae neque potest fideiubere pro marito, Auth. *Si qua mulier, Clericatus. c. 141. n. 19*.

Nec minor. Imo si minor contrahat, invalidus est contractus; nec fideiussio, si adveniat, tenet. *Mendo cit. n. 9. v. n. 3357*.

Scotus in 4. dist. 15. q. 2. tit. K. *Mastrus disp. 4. qu. 4. disp. 5. qu. 4. Bonac. tom. 2. à pag. 680. Tamb. tom. 2. lib. 9. rr. 4. 6. & 7. Clericatus à c. 78. ad 88. Mendo v. Fideiussor*.

U S U R A

2392 **E**st lucrum acquisitum ex mutuo vi mutui. Quod est iniquum, cum mutuum acquirat lucrum ex re non amplius sua. Tum quia pecunia numerata non est pretiosior numeranda; nam (ait Scotus) pecunia non est ex natura sua fructifera, sed solum ex industria utentis, qui in mutuo non facit suam industriam esse alterius; *vt. in pag. 5. prop. 41. ab Innoc. XI. damna.* Hinc usura est mala, ac prohibita iure naturae, & divino, *Ezech. c. 18. Ad usuram non commodaverit, & Luca 6. Mutuum date, nihil inde sperantes.* Dicitur *vi mutui*; quia si lucrum accipias non vi mutui, sed aliquo iusto titulo, qui contingat in mutuo, non committes usuram.

TITULI IUSTI LUCRI IN MUTUO.

2393 **P**rimum, ratione damni emergentis, exigi potest licite lucrum; quia beneficium alteri praestare cum tuo damno, est pretio aestimabile, & dignum compensatione. Requiritur, ut damnum timeatur rationabiliter

eventurum, & quod lucrum taxetur arbitrio prudentis experti, iuxta probabiliter damni. *Exemplum damni emergentis.* Si, tu mutues centum, quae pro emptioe vini mense Octobris paraveras, cogaris mense Februarii illud carius emere, diceris pati damnum illo maiori pretio.

2394 Secundo, ratione lucri cessantis; quia à proxima negotiatio one se habent in gratiam mutuarii, est pretio aestimabile, nam cessat lucrum, quod inde speratur.

Tres conditiones requiruntur. 1. Ut lucrum cessans sit in spe certa, aut probabilis proxima, quod eventum, quod pecunia est negotiatio applicata, aut proxime applicabilis. Non sufficit lucrum in potentia remota; quia est nihil tam in re, quam in spe, adeoque non est vendibile.

2. Ut in mutuantem sit vere voluntas parata ad negotiandum, ut verum sit dicere: *Proximam possidem, & vellem negotiari, quod non facio in gratiam mutuarii*; quia negotiatio proxima respectu reculantis aequae se habet, ac si non esset. Si reculus negotiatioe, & velis mutuae peritoris, si depositus, ut si non essent, qui mutuum peterent, nollens negotiatioem, exigendo lucrum, committis usuram; quia tunc vis mutuum fabulose, recusando negotium, & sic lucrari vi mutui. Si vero sit ista dispositus, ut si non essent, qui mutuum peterent, vere velles negotiatioem, potes exigere lucrum; quia vere reculas in gratiam mutuarii, & vere mutuum est causa, ut lucrum cesset.

3. Ut non exigatur, nisi quanti aestimatur spes lucri cessantis, deductis expensis, & periculis. Unde si lucrum est certum, potes exigere aequale. Si sit spes probabilis, debes exigere minus lucro sperato, iuxta aestimationem prudentis experti; quia spes incerta lucrati certum non valet certum. Optimam regulam dat Lessius, videlicet, ut tantum remittas mutuario de lucro cessante, quantum dedisses pro contractu assecurationis talis lucri sperati; unde si speres, quod esses lucraturus quindecim pro centum, pro quorum assecuratione solveres quinque, poteris à mutuario exigere decem. Praxis Panormi est, ut exigantur septem pro centum.

2395 Si habeas duas portiones pecuniae, unam in capsa otiosa, aliam negotiatioe expostitam, aut proxiame exponibilem; tunc si mutues otiosam, & lucrum exigas, usuram committis; secus si mutues negotiatioe delinatam. Quia ex hac, non ex illa lucrum cessat.

2396 Tertio, ratione periculi, exigi potest lucrum proportionatum, iudicio experti. Tutius est, quod accipias tantum, quanto Mercatores similibus negotiatioem affe-

curarent, videlicet tria, aut quatuor pro centum quolibet anno. Si tutum pignus accepit, cessat periculum.

2397 Quarto, *ratione fideiussionis*; quia si ut potest terrens suscipere onus assicurationis mutui, & inde lucrum assicurationis a mutuario exigere; ita potest in se suscipere ipse mutuos, quod onus assicurationis est pretio æstimabile. Potest tamen mutuos se offerre pro assicuratione sui mutui, at non potest obligare mutuatarium ad eligendum ipsum, & non alium in fideiussorem; quia omne onus pretio æstimabile impositum mutuo ex vi mutui est usura: hac ratione usura est mutuarie obligatio mutuatarii ad remutuandum: *v. de societate à n. 2418.*

2398 Quinto, *ratione gratitudinis*, licet aliquid recipere, etiam si illud spes, & animus talis ipse mutuario manentes, *Scotus in 4. dist. 15. q. 2. lib. O.* quia non accipit ratione mutui, sed titulo gratitudinis, qui est titulus virtutis, & illud sperans, spes honestum. Non licet autem illud exigere tanquam debitum ex gratitudine; quia tunc mutuatarium obligas, & non relinquas omnia liberum, ut in primo casu; adeoque onus imponis vi mutui.

Si vero ultra offensionem animi de spe gratitudinis, adhibeas preces importunas, aut signa, aut apprehendere facias mutuatario timorem, ut amplius non mutuetur, si non sit gratus, vel si deducas gratitudinem in pactum: ut dicas: *Do tibi mutuum cum pacto, ut si mihi gratus, usuram committis*; quia preces importunas causant involuntarium, & pactum tollit rationem gratitudinis, quæ est pura obligatio naturalis, & inducit obligationem iustitiæ: *v. n. 1220. & in pag. 5. præsup. 42. ab Innoc. XI. damn.*

2399 Sexto, *ratione pæne conventionalis*, ut mutuatarius solvat, v. gr. quinque pro centum, si tempore præfixo non reddat mutuum; quia in contractibus pæna iuste imponitur inconstanti, & licet cuiuslibet se servare inde mereat. Requiritur autem, quod sit in moralitè culpabili; unde si differatur solutio per hebdomadam, aut revera mutuatarius sit impotens, exculatur pæna, nisi factus sit impotens; quia prodigè vixit: futuram moram prævidens.

2400 Septimo, *ratione contractus inominati do, ut des*. Exemplum: Petrus dat tibi centum hoc pacto, ut si moriatur intra decem annos, tu nihil es, cuique hæredibus reddere debeas; si autem vivat, teneas reddere illa centum, & alia centum, nempe decem pro singulis annis, licitus est contractus; quia par est

utriusque periculum amittendi, & spes lucranda; hic autem non est contractus mutui, sed ludi fortis, qui est licitus.

2401 Octavo, *ratione promissionis*, & obligationis mutuarii, licite potes lucrum à mutuario accipere, si te illi obligas ad mutuum, quando voluerit, *Paqual. qq. mor. canonic. centuria 3. pag. 3. Tamb. tom. 2. lib. 9. rr. 1. cap. 3. §. 2. num. 5. Molina, Tolet, & alii*. Ratio potissima est; quia obligatio, quam quis in se suscipit ad mutuum, ex una parte est gravamen distinctum, & separabile à mutuo; nam regulariter datur mutuum sine obligatione mutuarii: ex alia parte est pretio æstimabile, adeoque licite vendi potest. Quod sit pretio æstimabile, probatur ratione insolubili: Si mutuos obligatio mutuarii ad remutuandum, ex communi, & certa doctrina, usuram committit, non alia ratione, nisi quia obligatio ad remutuandum est gravamen à mutuo distinctum, pretio æstimabile: *vid. num. 2414.* Igitur obligatio ad mutuum, quod est gravamen distinctum à mutuo pretio æstimabile; & consequenter, si est verum, quod usuram committit, si huiusmodi obligationem mutuario imponas, verum esse debet, quod usuram non committas, si lucrum exigas, ex quo huiusmodi obligationem in te suscipias.

Quæ obligatio assumpta est tanti oneris, ut si ex una parte quis requirit ab alio pecuniam ad licitam negotiationem cum probabili pingui lucro, v. gr. de triginta pro centum; & ex alia parte, is, qui se obligavit ad mutuum, petat mutuum, & ille aliam pecuniam non habeat, tenetur negotiationem rejicere, & mutare petenti, non obstante longe majori lucro cessante; alioquin peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem præteriti lucri, quod forte à mutuario ratione huiusmodi tenetur; unde si se obligando talem animum non habeat, sed oppositum, contractus erit usurarius, & mutuum paliatum: *vid. in 2394.*

Tam quia unus ex titulis, quo per plures Saeculos pro Missa iuste stipendium accipit, est obligatio, quam assumpsit ad Missam applicandam pro hac determinata persona, cum possent pro alia. Item potes aliquid exigere pro promissione, qua te obligas alicui ad quid intra annum vendendum.

2402 Ex hoc titulo lucrari potes quinque pro centum quolibet anno, quia tanti à prudentibus æstimatur obligatio suscipere mutuarii; quæ accipi possunt pro rata parte singulis mensibus: quod etiam contingere potest, quando mutuum accipitur ad menses.

2403 Totum corroboratur ex Montibus Pietatis, ubi dependentes pecuniam ad mutuum, possunt licite exigere à Monte quinque pro centum pro singulis annis, ex hac obligatione, quam in se suscipiunt ad mutuum. De quo modo.

2404 Non potes lucrum exigere ex sola voluntate mutuarii, quia licet non sis obligatus ad dandum mutuum, supposito tamen, quod rogatus, aut misericordia motus vel mutuum dare, obligaris ex lege divina ad non faciendam misericordiam vitiatam. Ita loquitur Scot. in 4. dist. 15. q. 2. litt. y.

2405 Item non potes lucrum exigere ex obligatione non repetendi mutuum usque ad certum tempus; quia quando vendis obligationem non repetendi mutuum usque ad certum tempus, nil vendis, nisi tempus, quod non est tuum. Tam quia concessio dilationis temporis est mutuo intrinseca: *v. in prop. 42. ab Alex. VII. damn.*

9. RATIONE MONTIS PIETATIS.

2406 **M**ons Pietatis est summa aliqua pecunia, vel vitæ, &c. in communi posita, destinata ad mutuandum indigentibus, capitali salvo. Tres habet conditiones. 1. Ut mutuum detur ad certum tempus. 2. Ut mutuatarius det pignora custodienda apud administratores, quæ, mutuatariis præfixo tempore non solventibus, venduntur, retenta à Monte portione sibi debita, reliqua ipsi mutuatario reddita. 3. Ut mutuatarius pro rata pecunia mutuatæ, & temporis, quid solvat singulis mensibus pro Ministris, in conservatione domus, & Montis.

2407 Montes Pietatis sunt duplicis generis. Alii sunt erecti ex elemosynis Monti liberæ donatis & legatis ad effectum mutuarii pauperibus, seu indigentibus: talis est Mons magnus Panormi. Alii vero in defectum elemosynarum sunt erecti ex pecuniis à civibus apud ipsum depositis ad finem mutuarii indigentibus: tales sunt plures Montes in ditione Summi Pontificis.

2408 Mons utriusque generis exigere potest à mutuatariis duo, aut tria pro centum, quantum sufficit, ut servetur indemnis; quæ inferuntur pro laboribus, & stipendio Ministrorum, ac pro expensis necessariis ad conferendum mutuum.

2409 Quod si de expensis necessariis pro cellu temporis aliqua summa superfit, restituenda est mutuatariis, & quia illi non cognoscuntur, restituenda est pauperibus. Item fieri potest compositio per Bullam Cruciatæ, ubi adest. Sed melius est, si restituatur ipsi

populo, diminuendo impotenter lucrum iudicio prudenti, minimum si exigatur tria, exigatur duo, usqueque satisfactio fiat.

2410 Officium Montis pecuniam distrahentes in alios usus, quam pauperum, ad quos est destinata, incurrit excommunicationem Pauli V. Pape reservatam per Bullam de anno 1615. *Oratio.*

DIFFICULTAS EST,

2411 **A**n Mons Pietatis, ultra id, quod est necessarium pro expensis, possit à mutuatariis exigere quinque pro centum?

Certum est, id non posse Montem Pietatis primi generis; id namque prohibet Leo X. in Concilio Lateran. sess. 10. quia sic Mons lucrum reportaret vi mutui, & simul defraudaret piam intentionem legantium, qui suam pecuniam apud Montem deponunt, ut indigentium miseria sollevetur, non ut gravetur lucro Montis. Hac ratione (ait Pontifex) licitum est Monti se servare indemnem, adeoque tantum exigere, quantum requiritur pro expensis necessariis ad Montem; non est autem licitum inde lucrari.

2412 Difficultas solum habet locum in Montibus secundi generis, pro quibus

Resp. Paqual. Montem posse exigere quinque pro centum, quæ tenetur solvere ipsis dependentibus pecuniam, qui licite possunt tale lucrum reportare ex pecuniis apud Montem depositis, *Paqual. in dec. mor. dec. 183. & 186. & in qq. mor. cent. 3. ad pag. 1. ad 14. D. Ant. Bonac. & alii apud ipsum*. Ratio est; quia ex una parte potest Mons exigere à mutuatariis id, quod est eorum commodum solvere tenentur, ut servetur indemnis, quantum non debet eorum commodum pati damnum; debet autem solvere quinque pro centum ipsis dependentibus, nam ipsi suas pecunias non deponent ad mutuum, nisi illiciter lucrato; alioquin cessaret publicum bonum indigentium populorum sollevandæ; & enormis usuras, præsertim Hebræorum, excludendi; qui est hinc erectio Montis.

2413 Ex alia parte, & lucrum quinque pro centum ex pecuniis supra Montem Pietatis depositum est iustum. Quia Paulus III. per Bullam incip. *Charitatis opera*, editam 10. Julii 1549. concedit dependentibus pecunias supra Montem Pietatis Petariensium: *Quod possint absque aliquo conscientie scrupulo percipere quinque pro singulis centenariis, etiam si alias pecunia sine ulla lucro esset otiosa permansura, & non fructificatura*. Limitat Pontifex, id etiam concessum fuisse à Sede Apostolica Montibus Bononiensibus, & Mutinensibus. Quan-

2414 Quantum ad titulum iustitia præfati lucri, tres assignat Pasqual. *cit.* 1. Est obligatio, quam deponens in se suscipit ad mutuandum, quæ est pretio æstimabilis: v. n. 2401. Nec omittit, quod in depositione nulla fiat expressa mentio hujus obligationis, quia deponens implicite intendit finem Montis, qui est de exponere mutuaturum, ob quem finem ut provideat de mutuis, offert lucrum deponentibus, quod virtualiter non est aliud, quam obligare illos, ut mutant. 2. Est finis publicæ utilitatis, in concursu autem juris privati cum publica utilitate, cedit jus privatum, quale est jus mutuatarii de non solvendo aliquid usurae fortem. 3. Est ratio supremi domini, qui Princeps supra mutuatorum bonis certam pensionem in remunerationem assignat, pecuniam apud Montem ad mutuandum deponentibus, utpote benemeritis communitati, & inde Principi.

Addit tamen Pasqual. *cit.* hujusmodi Montis erectionem fieri debere auctoritate Summi Pontificis, tam ob scandalum usuræ vitandum, quam quia in dubiis quoad mores ad ipsum spectat circumstantias cognoscere. Ac proinde non posse personam privatam Montem erigere, & inde lucrari, licitum namque est culibet ex mutuo se servare indemnem, at non inde lucrari, nisi aliquis iustus titulus addit distinctus à mutuo. Ita fere dicitur Pasqual.

2415 Dicitis addo, Montes in pluribus Italia locis esse mixtos, in quantum summa, quæ mutuatur, est constata non solum ex pecuniis depositis, sed etiam ex vestigiis, aut aliis publicis redditibus, & tunc dici potest pecuniam deponentes lucrum quinquæ per centum reportare ratione census realis super vestigiis, aut redditibus publicis fundati.

COROLLARIA DEL BENE

Par. 2. dub. 259. de Inquisit.

2416 **E**X his sequitur, quod etiam persona privata possit hujusmodi Montem instituire, tametsi pecuniam illam sub onere alicujus census accepisset, & à mutuatariis exigere quantum opus fuerit, ut se indemnem præstaret, etiam si 8. vel 10. in centum ab illis exigere; dum enim hoc totum in illorum commodum fieri potest, potest exigere quantum opus est, ut se indemnem præstet. Quod autem hoc totum in commodum illorum agat, patet; quia non solvunt, nisi 8. vel 10. in centum, cum aliquot usurariis solverent 35. & fortasse plus.

Non obstat, quod eo plus mutuatarii Monti solvant, quo diutius fortem retinent; quia par est, ut plus ad onera Montis contribuant, qui diutius illis commodis fruuntur, quorum pignora diutius custodiuntur.

Neque obstat secundo, quod qui dant pignora minus molesta, ut caream; vel quid aliud aureum, tantumdem solvant, quantum qui dant pignora molestiora, ut vestes; quia debuit certa quedam, & æqualis ratio respectu omnium constitui, nam cum ob varias circumstantias non potest ubique servari æqualitas, sufficit generum determinari aliquid, quod maxime videtur accedere ad iustum.

Sequitur secundo, quod procurandum sit, ut passim per loca hujusmodi Montes erigantur, quia ex ipsis multiplex utilitas Reipublicæ provenit.

Primo, impeditur peccatum usuræ Deo & hominibus maxime detestabile.

Secundo, pecunia remaneret in patria cum alio exportetur: solent enim usurarii esse exteri, qui patriam mutant, & facti divites ad illam redeunt.

Tertio, cives divites habent locum, ubi secure & fructuose possunt pecuniam suam collocare, emendo scilicet census super Montes fundatos.

Quarto, pauperes in omni eventu ad sua negotia possunt statim habere pecuniam nullam meratam cum modico interesse, solvendo 5. 6. 7. 8. 9. vel 10. in centum, cum aliquot usurariis multo plus solvere cogenter.

Quinto, venditis pignoribus, restituitur quod fortem, & detrimenta superat, cum usurarii totum pretium pignoris, etiam si multo plus valeat, sibi retineant.

P E T E S.

2417 **P**ANORMI muliercula quadam vulgo dicte *Impegnature, & Mezzane*, pro suis laboribus ad deferenda pignora apud Montem, & mutuam à Monte ad mutuaturum, accipere solent decem grana pro uncia. Queritur, an incilio domino possint mutare de propriis, & sibi retinere grana decem pro uncia, quæ alias mutuarium expendit pro Monte? Certum est, non posse retinere omnia grana decem, quia revera cum labores (ut suppono) non adiant, nec alius iustus titulus, palliarent usuram, lucrum ex mutuo recipiendo. Tolet. *lib. 5. cap. 29.* At si recipient minus, quam decem grana pro uncia, videtur, quod possint; quia tunc

tunc utiliter gerunt rem domini, quia alias expendisset decem; atque præsumitur non invitul, sed libens; adeoque recipere non vim mutui, sed vi voluntatis domini.

Dico tamen non posse: quia pignus apud mulierculam non est ita securum, sicut apud Montem; & adeoque ratione hujus periculi dominus præsumitur rationabiliter invitul.

10. RATIONE SOCIETATIS CUM TRIBUS CONTRACTIBUS.

2418 **C**ontractus societatis, est conventio plurimorum contribuentium aliquam ad communem lucrum. Per ly, aliquid, intelligitur pecunia, res fructifera, aut animalia, panni, &c. labor, & industria: ita ut unus, vel plures ponant pecuniam; alius, vel alii laborem, & industriam; vel singuli ponant pecuniam, & industriam.

2419 Tres condiciones requirit societas, ut sit licita, 1. Ut fundetur in negotiatione licita, 2. Ut servetur æqualitas inter socios; scilicet, quod expensæ, etiam pro infirmitate, à socio ob negotia societatis contractæ, damna sine gravi culpa socii facta, & lucrum sint communia; ita ut negotiatio completa, deductis expensis, & damnis sine levi culpa socii factis, & seclusa forte, nempe pecunia domino restituenda, lucrum, quod remanet, dividatur pro rata inter socios, ut sic se habeat fors ad fortem, ita lucrum ad lucrum: potest enim contingere, quod plus valeat industria, & labor, quam pecunia, præsertim quando socii, qui ponunt laborem, sunt plures, 3. Ut pecunia sit periculo ponentis: ita ut si pereat casu cum levissima culpa socii, ponenti pereat; quia per contractum societatis non transferitur dominium, sicut in mutuo; sed solum usus fructifera pecunie in ordine ad communem negotiationem, & lucrum, taliter quod socii non possint pecuniam in societate expellere extrahere ad proprios usus. Ex quo fit, quod si tradas pecuniam mercatori, ut exponat ad cambiam, mercatoris, &c. hoc tamen pacto, ut periculum pecunie sit mercatori, sed lucrum dividatur; contractus erit usurarius, quia non societatis, sed mutui. Hæc est natura puri contractus societatis.

2420 In societate tamen fieri potest, ut quis suam fortem servet indemnem, & insuper certum lucrum percipiat, si ad contractum societatis adjungatur, alii duo contractus, allocationis sortis, & allocationis lucri sperati. Allocationis, est contractus, quo quis alienare periculum in se suscipit. Hoc præmissis: v. n. 2397.

2421 Declaratur, & suppono te dedisse Paulo trecentum aureos contractu societatis ad negotiandum, tuamque pecuniam esse æqualis valoris cum industria Pauli. Insuper, quod spes lucrifuturi prudentis fit de sexaginta aureis.

In hoc casu est vi contractus societatis debentur tibi una cum forte triginta aurei, qui lucrum dimidium lucri sperati; at quia in te est periculum sortis, facis, ut Paulus illud in se suscipiat, tibi asscurando fortem; pro cuius allocationis, & oneris suscepti compensatione, de tribus partibus lucri sperati ad te pertinentis relinquimus tamen, nempe decem aureis; & quia adhuc in te remanet periculum, & incertitudo lucri, facis, ut Paulus illud in se suscipiat, pro cuius oneris pretio, ex præfatis tribus partibus relinquimus aliam partem, pro te retinendo tertiam certam, nempe lucrum decem aureorum certum, & non plus: quia lucrum incertum non plus valet, quam tertius pars certæ. Ita, proportionem servata, discursus in aliis casibus.

¶ Quod tres contractus, sicut sunt liciti celebrati cum tribus personis, ita si celebentur cum eadem persona, quia nec unio, nec identitas personarum destruit substantiam contractus. Tum quia hi contractus allocationis sortis, & lucri, magis proprie dici solent ventilationis, quia asscurant vendit suam obligationem præstandi alteri rem suam indemnem.

2422 Hoc contractu uti possunt indigentes, ut sustententur, quia tunc lucrum certum reportabunt ex suis pecuniis sine periculo sortis, & sine usura; quia non ex mutuo; tunc namque mutuum transit in societatem cum tribus contractibus.

P E T E S.

2423 **P**ETRUS bona fide celebravit contractum usurarium; an possit exigere lucrum quantum si iustitiam advertisset, alium contractum lucrum eum eodem, vel cum alio celebrasset?

Resp. posse lucrum tantum exigere, quantum per contractum licitum lucraus esset: quia ex una parte talis mutuum, cum procedat bona fide, præsumitur vellem lucrum sine usura, & contrahere omni inelucto modo, quo potest; adeoque cum revera adit iustus titulus quantum potuisset iustum contractum societatis, metas, &c. celebrare, censetur implicite illum voluisse, etiam si nil cogitet de iusto titulo, & contractu illo: ex communi regula, quando actus uno modo non valet; & altero valet, censetur factus eo modo, quo valet. Ex alia parte, adest ex parte mutua-